



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Secundus. Quomodo per humanitatem Christi in vnionem diuinitatis
conscendere, & vnus cum Deo spiritus fieri possimus, & de nouem
virtutum gradibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGARITAE EVANG.

quod nos modo supradicto in manus domini cō
mēdamus ac resignamus. Ipse nanq; dicit: Non
rapiet oues meas quisquam de manu mea. Et
iterum: Protegam sanctuarium meum. Et rur-
sus: Quis cecidit, nisi qui in seipso inuentus est, et
in veritate in me non stetit? Nunq̄ proinde huius
artis obliuisci debemus, in quacunq; simus ne-
cessitate constituti. Si enim aliqua tribulatione
in nos ex improviso irruente, ex huiusmodi fun-
do plena fide diceremus: Pater in manus tuas cō-
mendo spiritum meum, confestim tribulatio illa
retorsum conuertitur. Sēperq; ita ad dominum
Deum nostrum, velut filij ad patrem, confugia-
mus, & in præsentiā eius cum timore pariter &
amore ambulemus. Quod ipse nobis præsare di-
gnetur, q̄ est Deus benedictus in secula, Amen.

MARGARI- TAE EVANGELICAE

Liber secundus.

Soliloquium animæ cum Deo. Cap. I.



CREDO in Deum. Credo, in-
quam, te o mi amantissime vnū
verum esse Deū, in personarū
Trinitate essentiam quandā sim-
plicem & immobilem, cōtinen-
tem in se potentiam, sapientiam
& bonitatem. Et quidem per potentiam tuam
omnia conseruas, per sapientiam omnia co-
gnoscis,

LIBER II.

gnoscis, p̄ bonitatē diligis cūcta, q̄ creasti. ¶ Cre-
 do te oīs essentiaē essentiaē, & animaē quoq; meaē
 te esse essentiaē: lumē oīs luminis, & lumē animaē
 meaē: vitā oīs vitā, & vitā animaē meaē. Credo
 me ab æterno in diuina tua essentia fuisse increa-
 tum in patris, memoria in cognitione filij, & in
 amore spūs sancti: quodq; me creaueris ad ima-
 ginē & similitudinē tuā, & in ea te vnieris. Cre-
 do te essentialiter vere ac nude esse in essentia a-
 nimaē meę, et in cūctis hoibus, sicut vnus sol est,
 in q̄ oēs radij vniuntur. Sol in radijs, et radij in so-
 le, & vnus sol est, & in quolibet totus est. Sic &
 tu vnus es Deus habēs me in te, & ego tua sum
 factura, habens te in me. Et sic in oibus es homi-
 nibus, & oēs nos ex æquo redemisti. Et sicut sol
 super cūcta lucet & radiat virtute, lumine & ca-
 lore, sic et sol diuinus in oibus est hominibus, cū
 potentia patris lumine, & sapiētia filij, & calore
 amoris spūs sancti. Et quantū quisq; se denudat,
 tm̄ operaris in ipso. Et sicut sol extrahit & consu-
 mit oēm fœtorē malosq; humores in omnibus,
 q̄ detecta sunt ipsi, & q̄ attingere potest: sic & tu
 in nobis consumis & destruis oēs defectus no-
 stros, & malū conscientiaē nostraē fœtorem (si ta-
 men detecta fuerit tibi) eamque per diuinā vir-
 tutem, lumen & calorem tuum suaueolentem &
 delectabilem & in omni virtute fœcundam effi-
 cis. Et quia sic intra me es, meq; ad imaginē &
 similitudinē tuam formasti: ideo vis vt cogno-
 scā te. Quid em̄ mihi prodesset tam excellēs bo-
 nū & preciosum thesaurū habere in me, si te nō
 cognoscerē? Nō em̄ amari potest incognitū. ¶ Si
 igitur imaginē & similitudinē tuā habeo intra
 me, es ne ergo imago? Deus; Minime, sed spūs

MARGARITAE EVANG.

sum ego & simplex quædã essentia, & pater spirituũ. Anima: Ergo et ego simplex essentia sum? Vnde igitur omnes istæ imagines, quibus depicta sum? Deus: Eas ab extra per quinque sensus tuos e creaturis introrsum trahis, & seruas eas in viribus tuis. Non enim possunt in nudam spiritus essentiam pertingere, nec in essentia unitate, in qua ego proprie, actualiter & fruiue absque imagine inhabito. Et imagines ac multiplicitates istæ te impediunt, quo minus me cognoscere, & vna simplex essentia, vnusque spiritus mecum effici possis. ¶ Anima: Vbi ergo sum vnus spiritus? Deus: In suprema animæ portione, in simplici illa essentia, vbi tres vires vnũ sunt, vbi est animæ imago. Anima: Vbi tuam habeo similitudinem? Deus: Vbi tres illæ vires ex essentia simplicitate profluunt in actualitatem similitudinis supergloriosissimæ Trinitatis. Anima: Per quod similis sum tibi? Deus: Per hoc, quod te ipsam introuertis in fundum tuum, in simplici essentiam tuam, mecumque vnus spiritus efficeris, & cauendo ne cogitationes tuæ resistent siue impediant, quod per potentiam meam operor in memoria tua: & ne intellectus lumen illud obfuscet, quod per diuinã sapientiam meam operor in te, & ne voluntas tua resistat ei, quod itidem per bonitatem meam in te operor. Et sicut ego per potentiam, sapientiam & bonitatem meam operor in te, sic et per te operor per memoriã, cognitionem & amorem. Et hæc quidem impedire potes, & sic similitudinem peruertere & amittere conformitatem, in quantum videlicet bonas cogitationes non sequeris, lumen obtenebras, & per voluntatem ei resistis. Si quidem ad similitudinem meam creauit te, donans tibi ar-

LIBER II.

tibi arbitrij libertatem, per quam & bonum sequi, & malo resistere potes, non tamē absq̄ me. Et quia sine me nihil potes, ideo esse volui & sum intra te, libentissime te adiuuare volens. Sed & ego sine tua cooperatione saluare te nolo, sic que me tecum & cum vnoquoque homine vniui, vt neq̄ velim, neq̄ possim recedere a vobis.

¶ Si ergo in hunc nudum fundum te conuerteris, teq̄ mecum vnieris, tunc fieri poteris per gratiam, quod ego sum per naturā. Equidē vita tua, & nutrimentum sum spiritus tui. Efficiaris ergo quasi modo genitus infans, qui fugit vbera matris, & de nutrimento eius pascitur, adeo vt nihil ipsum cōmodius enutriet & augmentet. Sic & tu per sanctissima merita mea pura & mūda velut infans effici, teq̄ introrsum cōuertete, & in diuinæ essentiæ vnione nutriri debes. Non enim vsq̄ alias tam cōueniens reperies nutrimentum, vnde videlicet spūs tuus a spiritu meo intrahit, & testimoniū accipit esse te filiā meam. Ibi plane oēm tibi veritatē annuncio, & secretum meum manifesto: & sic in essentia tua per diuinā essentiā meam nutriris. Ibi osculor te osculo oris mei. i. essentiam tuā osculor diuina essentia mea, tuq̄ velut sugēdo nutriris conuenientissimo, qđ in me sit, nutrimento, vnde deinceps in oibus mēbris tuis. i. viribus & affectiōibus tuis virere incipis, tamq̄ magna efficeris, vt onera humanitatis meæ tibi imponere valeam. Per hoc ipsum nutrimentū meum intelligens & sapiens efficeris, cognoscens voluntatē meam, desiderij et intentionē: memoria tua fecunda & vna mecum fruitio efficitur: voluntas tua alteratur, & vnus mecum amor vnusq̄ sit spūs: in cogitatiōibus tu-

N iij is tran-

MARGARITAE EVANG.

is tranquilla efficeris, quia in me quiescunt: in intellectu hilaris, quia me intra te esse cognoscit: & in voluntate libera, quia ipsa in me est. Et sic sancta & deiformis in tua mente efficeris, habes semper gaudiosum spiritum: idque pro merito humani gaudiosi spiritus mei, quod hoc promeruit, ut ad hanc similitudinem et conformitatem redire posses. Hec namque voluntas mea est, ut semper pacata, laeta & libera existas, quatenus ego in spiritu tuo quiescere valeam ad gloriam meam. ¶ Insuper ex hoc nutrimento & fecunditate te ipsam inclinas & demittis in abyssum humilitatis sub mea divina potentia: quod quanto facis profundius, tanto ego me ad te amplius conuerto & inclino. Illuminat quoque nutrimentum istud rationem per sapientiam meam, ut discernat & eligat bonum, ex qua nimis virtutis electione ipsa sancta efficitur. Ex hoc quoque nutrimento vis concupiscibilis trahitur ad moriendum omni delectationi, diuitiis & honoribus seculi, quod mortificatio ipsam laetificat. Vis quoque irascibilis pacata redditur. Et tunc meo anima delectat sedere in te, teque pro mea delectatione & desiderio regere: & hoc per merita meae sanctissimae ac dolorosae anime. Cor denique et corpus tuum immuto, purifico et mudo, & te cum gaudio & exultatione mihi facio deseruire, atque ex hac interna pace cordis cum hominibus omnibus pacifice ac hilariter conuersari, teque ad meam sacrosanctae humanitatis exemplum cunctis subijcere discis: & hoc per merita sanctissimi, mundissimi & transuulnerati corporis mei. Et tunc in tuo delectat corpore morari. ¶ Taliter ergo pascaris atque virescis in meae diuinae essentiae nutrimento, & per tuam essentiam in meam diuinam essentiam, & per tuam naturam

LIBER II.

turā in meā diuinā naturā per gratiā transmūta-
 ris. Atq; in eo, q̄ teipsam ad me taliter cōuertis
 & in me manes, ecce ego imprimā spūi tuo quā-
 dam essentialē, vnicā, æternam, diuinā, delectā-
 bilē, pacificam atq; iucundam essentiā, ad instar
 meæ diuinæ essentiæ, & tibijsi imprimam inter
 nā illam pœnā atq; crucem, quā in anima meā
 portauī: quæ crux tam preciosum munus est, vt
 nulli præterq̄ solis electis meis donetur: his ni-
 mirum, qui in secretam illam cellam vinariā de-
 uenere. Et hi norūt, q̄ parū intentionem, deside-
 riū ac voluntatē meā in multis perficere valeo, q̄
 tamē in omnibus sum hominibus. Et hæc est gra-
 uissima crux, & passio, & dulcissimum vulnus.
 Quāto em̄ passio maior, tanto spūs hilarior: &
 quāto lætior spūs, tanto & crux grauior existit.
 Nihil em̄ vnum imminuit alterū. Et hoc ipsum
 ego quoq; in mea sanctissima humanitate ha-
 bui, nec vllō vnq̄ momento ab hæc cruce fui li-
 beratus. Ideoq; & electos hanc crucē portare o-
 portet, q̄ quanto plus amoris atq; desiderij erga
 me recipiunt, tanto etiam ad omnes homines e-
 orum dilectio augetur. ¶ Anima: Quid est o di-
 lectissime, quod in meo vis spiritu quiescere, qui
 tam inidoneus existis? Deus: Quatenus & tu in
 me semper quiescas, & vnus mecum sis spiritus,
 semperq; applicatus & vnitus maneas ad instar
 humanitatis meæ in diuinitate mea. Et quidem
 si per voluntatem tuam meæ fueris voluntati
 semper vnita, spiritum tuum per gaudiosi spiri-
 tus mei merita idoneum & aptum efficiam, sic-
 que me in tuo spiritu quiescere delectabit. ¶ Ani-
 ma: Quare etiā sedere in me desideras, q̄ tamen
 ad hoc indignā me esse cognosco? Deus: Ideo ni-

N liij mirum,

MARGARITAE EVANG.

mirū, vt te semper hic de vniuersis malis tuis iudicare & arguere possim. Quod si hoc acceptaueris, teq; emendaueris, sequens consilium meum, iudex tibi propitius ero in hora mortis tuæ, & tunc tecum in die iudicij sedebis iudicans duodecim tribus Israel. Et si desiderium tuum in me statueris, & ego hic in terris regnum tuum possedero, mihiq; illud obediens & subiectum fuerit, tu quoq; meum vicissim in cœlis regnū possidebis. Cum enim te possideo, regnum Dei intra te est. Porro, per merita tristissimæ animæ meæ his te dignam facio, & sic intra te pacē habeo. ¶ Anima: Quare demū in corpore meo ad tātū domini inhabitationem tam imparato, morari desideras? Deus: Quāuis corpus tuum imparatū sit, ego nihilo minus id ipsum semper libes mundū & idoneum efficiā per mei sacrosancti, mundi & vulnerati corporis merita. Nam si intentionē cordis tui in me statueris, in tuo me delectabit corpore morari, quatenus in ipso & per ipsum operari valeā, sicut per meā sanctissimā operatus sum humanitatē: vtq; sic in te & per te loqui & veritatē annunciare, & meā in te & per te conuersationē habere possim, quatenus in tua cōuersatione dulcis ac pacifica esse, meq; imitari, & meq; humanitati primo in corporis poenaltate cōformari valeas, et vt nullā in corpore tuo delectationē sequaris, sicq; me in ipso delectabit commorari. Secundo, in paupertate, vt videret licet nullum hic solatium quæras. Tertio, in despectione, quatenus hic nullos honores, sed meam duntaxat gloriam quæras, sicq; mea vnica efficeris filia, quā ego denuo parturio: & meæ sanctissimæ humanitati cōformaris in eo, q̄ semper in

per in me manes & ego in te, cū gaudioso spū⁹
dolorosa anima, & pœnali corpore. Qui em̄ san-
ctissimum corpus meum sequuntur, hi carnem
suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscen-
tijs. Et si sic in me permanseris, & ego in te, mul-
tum fructum afferes. ¶ Deniq; quia taliter in
te sum, & spiritus tuus thronus meus, & tu ipsa
sedile meum, et corpus tuum tabernaculum me-
um existit: ideo omni cœlesti te exercitu circum-
uallabo. Etenim quia ego intra te sum, ille te cir-
cundabit (vbi enim sum ego, illic & minister
meus erit) quatenus sic in te immobiliter quiesce-
re, & nuptias atque cœnam meam in te celebra-
re, sicque me ipsum intra te spiritualiter in véné-
rabili sacramento sumere possim. (Equidem in
te non sum per humanitatem, sed per diuinitatē
meam) atque ita per illam me ipsius susceptio-
nem, meæ humanitatis te participē facere, qua-
tenus & tu de me ciberis & in me totaliter trans-
muteris, & viuas in me; sicque ego meum in te
valeam desiderium adimplere. Nam qui man-
ducat meam carnem, & bibit meū sanguinem,
in me manet, & ego in illo. Sic ergo carne mea
te reficio, sanguine poto, meque totum tibi ex-
hibeo, vestiens te diuinitate mea: vnde & tu sic
vnum mecum efficeris, quomodo ego vnum
sum cum cœlesti patre meo.

Quanta sit dignitas animæ cum Deo v-
nitæ, & qualiter omnis eam cœlestis
exercitus circumdet & instruat. Ca. II.

Atende iam vltcrius o nobilis creatura,
quanta tibi beneficia p̄sto, vt tu vicissim
reipsam mihi totam retribuas. Da ergo
N v pau-

MARGARITAE EVANG.

paupertatem pro diuitijs: da vnum vt vnum efficiaris. Quando enim vnum mecum sic permanes, omnes ministri mei singulariter tibi adherent, teq; obseruant: habentque singuli specialē quādam commissionem & ministerium, ad quate & consilio & admonitione perducere nituntur. ¶ Et primo quidem patriarchæ consulunt tibi, vt flammigeris ad me desiderijs astues. Prophetę, vt longanimi patientia me expectes. Apostoli, vt in me per fidem constans permanes, & mea vestigia sequaris. Martyres, vt in omni persecutione & aduersitate constanti patientia sis prædita. Confessores, vt intimam in diuino meo obsequio deuotionem habeas. Virgines, vt mundac pura sis corde & corpore, & vt (quia sponsa mea es) semper ea quæ ad me pertinent & mihi placita sunt, cogites. Ego insuper consulo tibi vt mecum vnita manes nec fidelitatem tuam mihi subtrahas, quatenus & ego ea quæ promisi tibi, seruare queam, illud videlicet, quod si sic in me permanseris & ego in te, ad te veniemus & mansionem apud te faciemus. Pater in memoria, ego in intellectu, spiritus sanctus in voluntate: & sic tecum erimus vsq; ad seculi finem. Materque mea dilectissima hoc tibi consilium suggerit, vt sis pauper spiritu, sancta in anima, & in corpore munda: quatenus per hæc apta fias spiritalē in te natiuitatē meam experiri, vtq; mea possis esse mater per gratiā, sicut ipsa fuit per naturā. Seraphin consulūt tibi, vt cogitationes tuæ in me per ardentissimum amorem conquiescant. Cherubin, vt intellectus tuus in me maneat ad me cognoscendum. Throni, vt voluntas tua in me immobilis persistat, si que thro-

LIBER II.

thronus in quo ego quiescam. Dominationes, ut in ratione sis patiens, orans pro inimicis tuis. Principatus, ut vis tua concupiscibilis cuncta transitoria calcet. Potestates, ut iram refrenes. Virtutes, ut sis discreta. Archangeli, ut mihi ex amore seruias. Angeli, ut propter timorem meum a malo recedas. Sic ergo a me interius, & a ministris meis ab extra doceris. Ad hoc namque omnes meos ordinaui ministros, ut tecum iugiter permaneant. Consultitur ergo tibi a me, ut maneat in me, sisque mihi fidelis, quandoquidem & ego maneo in te, quatenus quicquid corporaliter egi, in te spiritualiter operari queam.

Qualiter Deus in anima cuncta celebrare & renouare festa desideret. Cap. III.

AD hoc semel corporaliter natus sum, ut in te sine intermissione spiritualiter nasci possem: & ut consequenter omnes alia, quae de me exterius fiunt, solennitates, in te spiritualiter perficiantur: ad quem finem omnes celebrantur, quatenus videlicet omnem vitam, passionemque meam, & quicquid propter te feci, dimisi, docui & passus sum, iugiter in corde tuo habeas & portes, sicut & ego propter te eadem in corde meo continuo portauit: ita ut nec ad momentum inde euangeris: & sic in te iugiter paraesceue erit. Sic namque spiritualiter crucifigeris, moriens quotidie propter me: & in me sepeliris, meque sepelis intra te, in sepulchro videlicet cordis tui: & unguis me unguento propriae mortificationis tuae: & inuoluis me in syndone conscientiae tuae, quam pro morte passionemque meam mundauit. Et ego in te & per te resurgam, teque ex mortificatione viuam, & ex patienti-

MARGARITAE EVANG.

tientia letam efficiam: sicque iugiter in te pascha celebrabitur: tecumque in purgatorium descendam, & animas vna mecum in meum gaudium meamque gloriam deducam, & tu mecum celestis eris spiritus: & occulto quodam modo mecum in interiori essentia tua resurges, eritque conuersatio tua mecum in caelis, quia ego in te sum, sicque meam ascensionem intra te celebrabis. Insuper, cor tuum per gratiam meam renouabo, inflammans hoc igne amoris mei, doransque te periformi gratia spiritus sancti: & sic intra te solennitatem missionis spiritus paracliti coles. Sed & sabbatum in spiritu tuo iugiter obseruabis, & festiuitatem quarumlibet solennitatum intra te celebrabis, & sine intermissione supersanctissimam Trinitatem in diuinæ essentiae vnitate veneraberis: quæ nimirum essentia tuæ est essentia vnita, quæ est essentia omnis essentiae, lux omnis lucis, vita omnis vitæ, vita, lumen & nutrimentum spiritus tui, tuam essentiam in se transformans. Et sic iugiter in te meæ præsentiae solennitatem ages, sabbatum quoque & in spiritu quietem custodies: vt sic in te quiescere possim, & tu in me, sitque semper quies mea in spiritu tuo, & operatio mea in tuo corpore, & tunc in omni multiplicitate eris simplex, & in mea diuina vnione permanebis, sicut & ego per humanitatem meam feci, & similiter dilectissima mater mea.

Qualiter in omnibus exercitijs nostris firmi
plices immobiliter in vnitate diuina permanebimus.

Cap. III
Absolutum

LIBER II.

Absolutum circulum circinus perficere nō potest, nisi in centro fixus permaneat. Circulus est meæ diuinitatis operatio: Centrum mea essentialis vnitas. Nullum proinde opus perfectum complere poteris, nisi mecum in mea essentiali vnitate permaneas, & ego tecum in tua actione. Et tunc omnia opera tua perfecta erunt, in eo videlicet, quod permanes in me, & ego in te. Et in eo, quod in omnibus quæ vel facis vel dimittis, auxilium meum imploras, ego operor in te, & tu in me permanes. Ideoque in omni exteriori opere tuo, interiora opera mea obseruabis. Interdum nanque maiorem in te operandi aptitudinem inuenio tunc, quando in exteriori es opere constituta: & plerunque post actionem aptior es, quam post quietem. Et idcirco externa opera tua nequaquam abijcias. In teriorem vero spiritus quietem, cordis pacem, quinque sensuum refrenationem & morum honestatem, vbicunque & apud quoscunq; fueris, & in omni multiplicitate custodies, & sic fructiua pariter & actiua eris, sicut & ego semper operor, & tamen immobiliter quiesco. Et sic fiet vt me semper & vbique habeas præsentem. Quicquid enim agis, propter mei facis amorem: propter quem etiam cibum sumis, attendens eum ob hoc a me tibi dari, quatenus vires quæ inde tibi accrescunt, in meo rursus seruitio expendas. Sicut enim os cibum comedit, ex quo cuncta deinde membra corporis tui vigorem accipiunt: sic & ego essentiam tuam mea diuina essentia reficio, pascens te amoris mei nutrimento. Et sicut absque corporali cibo subsistere non potest corpus tuum: sic & tu ipsa nec ad
modi-

MARGARITAE EVANG.

modicum spiritali cibo meo, qui ego ipse sum, carere potes. Quoties vero sic refici desideras, mea carne cibaris & sanguine: teq; totam in me transformo, ita ut iam etiam nomē tuū amittas. **S**imiliter et ob amorē meū quiescis, in cubiculo videlicet spiritus & in brachijs amoris mei: interim ego super te vigilo, custodiētibus te nihilo minus etiam ministris meis. Euigilās itaq; simpliciter te ad vnitatē, in intimū videlicet suū dū spiritus tui conuerte, vbi etiā ego te expecto ad annunciandum tibi omne bonū, nouitatesq; docendū. Ibi secretum meum tibi manifestabo, cuius pro tūc es capacissima. Et tunc ante omnia maiestatem meam amorosis aspirationibus alioqueris, hoc pacto dicendo:

Prima ad Deum animæ conuersio
ne. Cap. V.

O Mi dilectissime, quis nā es obsecro? Certe te vnicum, æternum, incommutabile & præstantissimum bonum. Credo in Deū. Credo me, o incommutabile bonum, in te æternaliter fuisse, teq; modo esse in me. Me ipsam ergo totaliter tibi resigno & offero in viuū sacrificiū, quatenus tā libere absq; vllō impedimento me vti possis, sicut quando in te adhuc increpata fui: teq; ipsum in me et per me laudare digneris, quia sine te nihil omnino possum. Ideoq; te ipsum mecum vniisti, q; me semper libentissime iuuare velis. Rogo proinde, vt me perficere adiuues, quicquid placitū est tibi. Pater in manus tuas commēdo spiritum meum, in sapiēciam videlicet filij tui, & in charitatē spiritus sancti, per quas omnia facis, vt meū pro tuo beneplacito facere possis. Et q; nimis inidonea sum, ideo sup-

LIBER II.

pliciter oro, vt me per merita gaudiosi spiritus
 tui aptā facias, in cuius spiritu requiescere queas
 & p merita sanctæ ac dolorosæ animæ tuæ, vt
 in me ipsa sedere possis: perq; merita sancti vul-
 nerati corporis tui, quatenus in meo valeas cor-
 pore morari. Et per sanctissima merita tua, tuā
 in me & per me diuinitatem lucere facias, expel-
 lens omne ex me tui impedimentum. Deniq; ga-
 licet indigna sum suscipere te, tui nihilo minus
 desiderio ac fame teneor: te ipsum ad te ipsum in
 venerabili sacramento accipere digneris, trans-
 formans me totaliter in te: vtque esse merear se-
 cundum cor tuum, ideo me ipsam totā tibi plenif-
 sime resigno. Deus: O mi dilecta anima, q̄a sic te
 ipsam ex toto mihi resignas, vestiā et exornabo
 te sanctissimis meritis meis, dignāq; te faciā, per
 quam me ipsum laudare valeā. Et quia sine me
 nihil potes, semp his aspirationibus vti consue-
 scas, dicendo: Dñe labia mea aperies, & os meū
 annūciabit laudē tuā. Deus in adiutoriū meū in-
 tēde, dñe ad adiuuandū me festina. ¶ Porro ho-
 ras tuas semp cū omī deuotiōe, eaq; intētionē et
 ad tantū honorē meū persolues, sicut hoc p ami-
 cos ac sctōs meos institui: nūq; multiplicē tibi in
 illis sensum latentē fundūque reserabo. Post hec
 veniā petes negligēter trā sanctę vitę tuę, et male
 obseruati ordinis tui, q̄q; habitū sanctę religio-
 nis tā infructuose portasti, eaq; oīa meritis san-
 ctissimæ vitę & acerbissimæ passiōis meę expi-
 abis & satisfacies, quatenus per ea tā munda ac
 pura effici valeas, sicut suscepto baptismo sa-
 ctęq; professione fuisti. Itaq; p merita sancti vul-
 nerati corporis mei veniā petes de eo, quod casti-
 tatem corporis tui sæpius coinquinasti; & p me-
 rita

MARGARITAE EVANG.

rita sanctæ, dolorosæ animæ meæ, quod sapiens
 inobediens fuisti: perque merita gaudiosi spiri-
 tus mei, quod paupertatem spiritus male serua-
 sti: vt sic deinceps in corpore casta, in anima obe-
 diens, & in spiritu pauper effici valeas ac per-
 manere. ¶ Et quia ego sum in te & tu in me, si-
 cut palmes in vite, ideo nihil tibi vtilius, nihil
 extat salubrius, quam vt in mea semper presen-
 tia maneas, & in cognitione sanctissimæ trini-
 tatis meæ, trinæ videlicet in personali ope-
 ratione, vnicę ac simplicis in essentia diuina. Ibi
 nanque facies, id est, imago animæ, in qua te ad
 mei imaginem feci, clarificatur: ibique meam re-
 cipis similitudinem, vbi in essentia mea vnita
 manes, vt in te per sanctissimam Trinitatē me-
 am in tribus viribus tuis superioribus operari
 possim, per potentiam meam fecundam ac fructi-
 tuam faciendo tuam memoriam: per sapienti-
 am lucidum ac perspicacem & sapiētē ad me
 pariter & te ipsam cognoscendum intellectum
 & per bonitatem meam tuam in mei amore vo-
 luntatem inflammando, teque vnum mecum
 spiritum efficiendo, totamque in me, velut fer-
 rum in ignem transformando, & te omnimodis
 virtuosam faciendo, quatenus sic in te, o anima,
 sedere valeam, operariq; in corpore tuo, ipsum
 totaliter castum efficiendo: per quæ meam habeo
 bis similitudinem. Etenim quando voluntatem
 desiderium, intentionemque tuam extra te in me
 transfundis, mea dumtaxat voluntate, desiderio
 ac intentione vtendo, meque sequendo, tunc ego
 vivo in te, & tu in me. ¶ Et vt in his valeas
 perseverare, sapius ex me querere debes, dico:
 Anima. Quænam sunt, o dilectissime, volu-

ras, desiderium & intentio tua? Deus: Ea nimirum, vt tu maneat in me, & ego in te, vtq; meo freta auxilio diligenter ac studiose tam consilia mea, q̄ vota tua iuxta exigentiā regulæ, statutorum consuetudinūque ordinis siue status tui perficias, cunctaque quæ ex obedientia tibi incumbunt, diligenter atque hilariter exequaris, subiectaque sis omnibus & obsequiosa: vigilās semper & orans, vt meæ valeas sanctissimæ humanitati conformari: attendens quoque quid singulis quibusq; tēporibus pro te pertulerim, vt me in illo cum omni patientia ac humilitate valeas imitari, semperque cum amorosa quadam aspiratione te in diuinam essentiam meam inclines. Insuper flammigeras quasdam orationes interdum pro excitādo spiritus seruore assumere debes: iugiterq; in corde tuo meam amarissimam passiōem, velut in fasciculos collectam habeas: eandemque quasi in membris tuis sentire coneris, omnesq; virtutes & obedientiam meam in te ipsa portes, sisque pauper spiritu, deuota ac subleuata mente: & sic essentialē quandam pacem ac paradysum iugiter in te ipsa, & in corpore essentialē mundiciā habebis: & per hoc cunctarum suaueolentiū herbarū in te ipsa apothecā seruabis. Ego siquidem omnium sum vulnerum medicina. Habes enim aduersus superbiam tuam, humilitatē meam: aduersus auaritiā, meā inopiam: aduersus voluptates, cruciatus meos atq; dolores: & sic consequēter in alijs, prout ex mea poteris sanctissima vita & passione doceri.

Qualiter nos in Deū transfundere debeamus, vt ipse nobiscū valeat opari, Ca. VI.
 O Taliter

MARGARITAE EVANG.

TAliter ergo se quisque nudare se seque in nobilem fundum suum ad æternam veritatem conuertere, & totaliter in Deum transfundere debet, semperque cum spiritu in diuinam vñionem sese inclinare: sicque vnus cū Deo spiritus in ipsa diuina essentia neri, ita vt nunquā non Deum præsentem habeat. Cor insuper in dominica semper passione occupet, seque iugiter in Christi imagine velut in speculo intueat, & sic transformabitur, dirigeturque per viam imitationem in quinque sensibus suis, & in omni conuersatione sua: ita vt inueniat in eo Deus omnium suorum quandam repræsentationem, habereque, & absque impedimento per ipsum valeat operari. Et sic homo permanet in illa transformatione (si tamen seipsum abnegans, voluntatem, desiderium intentionemque suam in Deum transfuderit) atque ita filius Dei efficitur. ¶ Porro, quisquis istud obtinere intendit, ille strenue sequi debet consilium illud euangelicum domini, dicentis: Qui vult venire post me, abneget se metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim secundum spiritum viuere desiderat, huic caro sua crucifigenda est. Et qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, in diuersis videlicet tentationibus & anxietatibus, sicque in vitam æternam custodiet eam. Insuper ad Deum suum velut filius ad patrem iugiter erit introuersus, ad implorandum incessanter auxiliū illius, & ex filiali timore malū deseret, & ex amore filiali bonis actibus insistet, diligentemque quinque sensuum suorum custodiā semper habebit, & talē de Deo atque de seipso cognitionē habebit, qualis iam ante expre-

ica,

LIBER II.

feat, & suo loco restituat. Debet quique semper esse
 simpliciter introuersus, non alte nimis volare, nec
 curiose perscrutari, ne a sanctissima Trinitate hu-
 milietur. Doctorem quoque & instructorem in his habe-
 bit unum aliquem ex secretis Dei amicis: & sic abin-
 tra quidem spiritum Dei, ab extra vero ductorem hominem
 sequetur: ut sic nihil sibi proprietatis referuet. In
 eo namque quod seipsum humiliare potest, omnino nudus
 ab omnibus efficitur: quoniam excelsus dominus & humilia
 respicit, & alta a longe cognoscit. ¶ Quisquis autem
 taliter seipsum humiliare poterit, ille celerem habe-
 bit profectum: & specialiter ab intra a spiritu Dei
 plus docebitur, quam omnes eius siue scripturae, siue homines
 docere possint. Et ideo felix nimium est ista humi-
 liatio, per quam tam nobile ac internam scientiam asse-
 qui ualeamus. Certe non est aliquid tam uile artificium,
 cui perdiscendo non oporteat saltim unum aut alterum
 annum impendere. Quanto magis ergo quilibet cum
 interna mente, obediens ac subiecta anima, &
 mundo patientique corpore, in omni uirtute & mo-
 rum aptitudine studiosus esse debet, ad perdiscen-
 dam internam scientiam illam, quam nos ipse dominus Iesus
 Christus et docuit & premonstrauit, ne (quod ab-
 sit) frustra nobis exemplum Christi sit propositum
 ac relictum, neue eius beneficiis ingrati esse con-
 uincamur. Cui enim multum datum est, multum
 requiretur ab eo. ¶ Ne uero ante porcos marga-
 ritam mirantur, Deum rogare debemus, quatenus
 omnia in nobis dona sua fructuosa reddere uelit,
 nosque iuuare, ut tales efficiamur, in quibus
 & per quos quicquid sibi placitum est, perficere
 queat. Denique licet quis per propriam infirmita-
 tem a boni operis & uirtutum exercitatione retra-
 hatur, propterea tamen nullatenus a uirtuosa

O h recti-

MARGARITAE EVANG.

rectiorisque vitæ inchoatione, & veritatis proxima cognitione cessare & recedere debet. Dicit enim sanctus Bernardus: Quem dies scientie hic non illuminauerit, ille in perpetuum non illuminabitur: & qui ignoranter viuit, ignoranter & condemnabitur. ¶ Conari ergo quisque debet ad cognoscendum in primis Deum suum & seipsum, & ad inhærendum iugiter Deo, diligenterque seipsum obseruabit, ac totis viribus euitabit omne id, quod nouerit impedire in se fluxum & inactionem Dei. Qui enim impedimenta vitare noluerit, illuminari non potest, nec in spiritualibus rebus gustum adipisci: magis autem nauseam inde concipit, eo quod frigiditas spiritus in se litatis cibo plenus existit. O si ex animo nos spirituali traderemus, & dulcedinem diuinam gustarem, ac sacri Euangelij verba bene masticarem, nullam profecto bonorum spiritualium nauseam haberemus, quin potius maiorem in eis vitæ virtuosæ ac iustæ esuriem patere mut.

Qualiter vt ad ipsum veniamus, nos ipse dominus inuitet. Cap. VII

EIA auscultemus obsecro attentius verbum domini clamantis & dicentis: Si quis esurit & sitit iustitiam, veniat ad me, & cum quodammodo interno ac spiritali gustu eum satiabo, ita ut nullam amplius quarumlibet rerum temporarium famem patiatur: & sic eum dulcedine amoris mei inebriabo, vt res caducas sitire amplius non possit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & vulneribus amoris mei sanabuntur vulnera animarum vestrarum. Venite ad me

LIBER II.

omnes qui in pressuris estis, & interius conso-
 labor vos, ita ut omne facile creaturarum solati-
 um fastidiatis, & pro nihilo habeatis. Et quic-
 quid hoc est, quātumcunq; etiam modicum, qd
 pro amore meo facietis, æternā inde mercedem
 habebitis. Et si vitia ac defectus vestros oppri-
 mere & extirpare, carnemque spiritui subdere
 curaueritis, inde centuplum hic accipietis, et post
 modum vitam æternam possidebitis. Denique si
 ex amore propter me viceritis vosmetipsos er-
 ga inimicos vestros, interius cœleste vobis &
 absconditum manna donabitur. ¶ Ecce quam
 multa superabundātissime nobis promittuntur.
 Sed quāta miseria est, qd multi ex nobis aures su-
 as huic internæ voci diuinæ obstruxerūt. Quod
 em̄ eam nec audimus nec sequemur, satis exterior
 conuersatio nostra manifestat: quippe cum tam
 multipliciter rebus sensualibus onusti, tamque
 pro honoribus ac carnis nostræ cōmodis & vo-
 luptatibus solliciti simus. Ideoq; vana sapientia
 mundi huius merito apud Deum stulticia repu-
 tatur. Sed iam obsecro nō vltius in securitate
 viuamus: sed abijcētes opera tenebrarū, indua-
 mur arma lucis, abijciamus (inquā) omnem pro-
 priā voluntatē, omniū propriū sentire et sapere,
 ut sic ab æterna veritate illuminari mereamur,
 & ab his in quibus sensualis huius mundi sapiētia
 viget, tanquā fatui & pro nihilo reputemur. Ma-
 xima em̄ felicitas, quam anima fidelis percipit,
 est qddam cœlestis sapiētix lumē, per qd interio-
 res oculi eius aperiuntur in cognitiōe bonitatis
 diuinę & propriæ vilitatis & occultorū abyssa-
 liūq; defectuū suorū, ita ut iā videat, qd periculose
 vixerit, & quā periculosi subtrilesq; laquei sibi
 O iij cens

MARGARITAE EVANG.

tenſi fuerint, in quibus omnes propriae voluntatis & reputationis homines (qui nondum penitus nudi exiſtūt) capiunt: quosq; nemo niſi paruuli & humiles euadere pōt. Hi nāq; ſeipſos inclinando & per foramina ſerpendo, retia euadunt. Qualiter homines interni videant, & cognoscant damna proximorum ſuorum.

Cap. VIII.

E Nimvero humiles iſti ab aeterna ſapientia illuminati cognoscunt, q̄ periculoſe ſeculi iſtius homines viuunt: qualiterq; religioſi in ſua ſenſualitate p̄maneant, nec vltorius in ſundum ſuum pertranſeant, vbi Deum ſentirent & ab omnibus rebus creatis mortui exiſterent. Et iſtud ipſum maior pars eorū penitus ignorat: & ſic habitum & nomen religionis multum, pro dolor, infructuoſe deportant. ¶ Porro, hoīes illi Deū cognoscētes et amātes, q̄ a mūdo deſpiciuntur, eo q̄ per diuinam ſapientia illuminātur, illi (inquam) ſentire incipiunt in ſe, quod et in Chriſto Ieſu. Siquidem ab amatoribus huius mundi deſpiciuntur, iudicantur, lapidantur, & crucifiguntur verbis eorum detractoriis falſisq; testimonijs, & peruerſis operibus ſuis eos in nihilū redigunt. Quod tamen ad Chriſti exemplum in corpore ſuo patienter ſufferentes, ab intra in Deum eouſugiunt. Non enim timēt eos qui corpus occidunt, ſed eum potius qui vitam animae dare & auferre poteſt. Hunc (inquam) timent, & eius gratia cuſtodiūt. ¶ In inferiori q̄q; parte animae immenſum dolorem & anguſtiam, compaſſionemq; ſentiunt ob damna proximorum & Dei contēptum et inhonoratiōē, eo q̄ Deus tā par-

cogno-

LIBER II.

cognoscitur & amatur: ad quod tamen omnes conditi sumus. Et propter haec dolores plurimos atque gravissimos, & innumerabiles mortes spirituales sustinent & patiuntur. Insuper in superiori animae parte cum Christo quandam immensam pacem ac libertatem sentiunt, eo quod pars illa animae Deum semper habet in se, ipsa semper est in Deo, inclinatur se iugiter in suum principium, in divinam videlicet originem per simplicem illam essentiam suam, extra quam nullo unquam tempore Deus recedit, nec ipsa extra Deum. Vires quidem animae extrouertitur & in multa distrahi possunt, ipsa vero essentia in Deo manet. Et secundum hanc supremam partem unus spiritus & unus cum Deo sunt amor, eosque diuina virtus, amor & cognitio perfluit, claritasque diuina transradat per spiritum inferius in animam atque in corpus: sicque cum coelestibus spiritibus stabiliter intus in diuina praesentia permanet, & eius amore pariter & cognitione pascuntur: parati tam diuina praecpta, quam angelica ministeria exequi & adimplere. Fideliter namque et ex amore quod iustum est, exequuntur, & cum timore recedunt ab eo, quod prohibitum est, sicque coelestes spiritus & angeli terrestres esse comprobantur.

Qualiter anima debeat esse rite ordinata, & omnes internas admonitiones ac reprehensiones diuinas obseruare. Cap. IX.

Fundamentum istud iam praetactum omnibus & utile est & necessarium, in quocumque siue statu siue gradu sint constituti, ut videlicet talem de Deo & de seipsis cognitionem habeant, sciantque in quo imago Dei atque similitudo consistat, & quare in eis esset.

O iij tialiter

MARGARITAE EVANG.

et aliter Deus existat, & quo oculos cordis sui dirigere debeant Deū in spiritu & veritate adorari: qualiter etiam se habeant vires & affectiones eorum, qualesque eas esse oporteat. Insuper qualiter Deus ex essentiali fundo luce quadam deorsum radiet in rationē & conscientiam, quæ lux est vis quædam diuina, & qualiter in omnibus que agunt, eos opera sua intelligere facit. Si enim bene agunt, de bono opere gaudium præstat (Nihil enim tam lætū, quàm bona conscientia) si vero male agunt, de malo opere grauamen præstat atque remorsum. (Nihil enim tam graue, quàm mala conscientia:) Insuper qualiter lucē hanc sequi debeant, & ad quod ab ipsa moueant, dirigant atque trahant, præsertim in intimo fundo et vnione spiritus, in qua interdum introrsum trahunt, atque a spiritu diuino mille modis edocent. Quandoque instruunt, quales in Deo manere, & vnus cum ipso spiritus debeant fieri: qualiter perfecte mori et Deus in ipsis viuere, qualiter quiescere, & Deus in ipsis & per ipsos operari: qualiter demum tacere, & Deus in eis loqui debeat. Quandoque vero fortiter reprehenduntur, & in quibus excesserint, admonent: Verbi gratia, vel de cogitationum euagatione, vel de curiosa cognitione, vel de aliquo alio, per quod intellectus se infructuose extrouertit: siue etiam de aliqua in resignatione aut propria voluntate, vel de malis desiderijs, siue de impuritate, sollicitudine et multiplicitate rationis: siue de duritia & inflexibilitate iræ: aut etiam de affectionum inordinatione, utpote quod nimis inaniter sperauerint, timuerint, amauerint, odio habuerint, gauisi & contristati, siue verecundati fuerint, siue etiam de mala securitate & latitudine conscientia.

LIBER II.

sue de cordis instabilitate, siue de sensuum in-
 stodia, siue de sinistra intentione, siue de inordina-
 ta tristitia in spiritalibus ac secularibus rebus, si-
 ue de donorum Dei abusione, siue de beneficio-
 rum eius ingratitude, siue de negligentia profi-
 ciendi, siue de negligenti præceptorum atq; con-
 siliorum Dei obseruatione, siue demum de diffi-
 militudine a crucifixa imagine Iesu Christi.

De his atq; similibus multis imperfectioni-
 bus atq; defectibus reprehendit Deus & arguit
 interius hominem pro bono suo suaq; salute: &
 ideo se studiose applicare & intus & exterius q-
 etem seruare debet, atq; auscultare, quoniam a
 Deo sup trahatur siue ducatur. Quisquis enim
 taliter in præsentī vita ab ipso reprehenditur &
 iudicatur, ille felicem exitum & propitium iudi-
 cem habebit. Deniq; hunc fundum exercere
 cunctis est necessarium atque vtile hominibus,
 quorū singulis tantum de sua salute deficit, quan-
 tum in hoc fundo ipsis deest. Tantum enim, &
 non amplius beatitudinis quisq; habebit, quan-
 tum Deum & seipsum cognouerit & dilexerit,
 & Christi imagini conformis extiterit. Quicq; d-
 vero in his ei defuerit, hoc in pœnis purgatorij
 expiare oportebit, donec ista eadem clare cogno-
 scat. Ideoq; fundus iste istudq; exercitium omni-
 bus necessarium est. Sciendum nihilo minus, q-
 quisq; addere, siue demere aliquid potest, prout
 sibi nouerit expedire, & prout tempus, locum &
 oportunitatē habuerit, sibiq; prodesse vel obesse
 perspexerit, vel etiam prout interius a fundo
 se moueri, sibiq; proponi senserit.

De tribus cautelis, quas seruare quisq; de-
 bet.

Cap. X.
 O v Pri-

Primo, ne nimis alte volet nec præsumptu-
 olus sit in his, quæ supra ipsum sunt. Alio-
 qui sentire non poterit immensum illud bo-
 num, quod in ipso est, quod semper inclinatum
 est deorsum manare & implere, illuminare ac
 transradare simplices. ¶ Secundo, vt in Dei o-
 pere se quietum seruet in omnibus interioribus
 suis, nec ipsum perspiciat, nec scrutari vel appre-
 hendere quærat, nec a cogitationibus suis educi
 se sinat in vlla re, quam sibi intellectus admini-
 strat: quia ex ipsius lucis irradiatione nouam sem-
 per defectuum nostrorum ac vilitatis nostræ co-
 gnitionem sentiemus. ¶ Tertio, vt se semper ge-
 tum seruet, nec vnquam cesset seipsum interius
 & exterius obseruare, habeatque semper bonū
 aliquod exercitium, quo ignem diuini amoris in
 semetipso accendere possit, vnusquisq; prout si-
 bi pro sui status siue gradus cōditione viderit ex-
 pedire, semperq; Deum in memoria, orationem
 in ore, & opus in manibus seruet.

De tribus, quæ cauere quisq; debet. Ca. XI.

Porro, quisquis ad hunc peruenire fundum
 desiderat, tria cauere debet. Primo, ne se ni-
 mis extendat, nec in exercitijs suis sit multi-
 plex. Per hoc siquidem facile distraheretur &
 spiritus impediretur, grauareturque, & cor insta-
 bile redderetur, sui que fundi obliuisceretur, cor-
 pus denique debilitaretur. Exercitia quidem om-
 nia laudanda sunt, sed non nisi eatenus assu-
 menda, quatenus ad præactum fundum, ad a-
 morem Dei & sui ipsius contemptum adiuuant
 et perducunt. ¶ Secundo, vt sibi caueat ab omni
 præsumptione, sui ipsius reputatione, a displicen-
 tia, &

LIBER II.

tia, & proximi dijudicatione, ac vitæ illius detractione. Per hæc siquidem cor amaricatur, & sensus atque natura hominis debilitantur, & nihil nisi perpetuum conscientia remorsum, & rationis excæcationem adducunt: quæ nimirum ratio tantum inde excæcatur, vt boni maliq; discretionem amittat. Et hinc multa sæpe turbatio in congregationibus oriri solet, sibi que ipsi plurimum nocet, qui omnia iudicare vult atq; corrigere, oblitus sui ipsius. ¶ Tertio, ne a bono discedens abeat in concilio impiorum, id est, detractorum & inuidorum, neque stet in via illa, quæ ad huiusmodi mala deducit, nec sedeat in cathedra pestilentia, id est, in carnalibus rebus suam nullatenus delectationem constituat. Magis autem voluntas eius sit in lege domini, & in lege eius meditetur die ac nocte. Et sic erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Seruiamus ergo domino semper in timore, & exultemus ei cum tremore.

De triplici spiritualium hominum genere. Cap. XII.

Primum genus hominum eorum, qui exercitium præactum in seipsis experiri atq; sentire possunt, illi sunt, qui propria naturam suam, omnesq; creaturas constanter atq; hilariter licentiantes, in hunc purum animæ fundum deueniunt, quiq; iam plene edocti atq; instructi sunt, qualiter videlicet vitia ipsa in profundissimo naturæ fundo, & in cordis secretissimo recessu profunde nimis radices miserint subtus tres vires inferiores, animamq; deformem et naturam
falla-

MARGARITAE EVANG.

fallacem debilemque reddiderint, qualiter etiam Deus ipse in profundissimo essentiali animæ fundo existens, omnia eius interiora nobilitare, opereturque per tres vires superiores, arguat & corrigat vires inferiores, reprehendat & illuminet conscientiam, cor emundet, & pristinam eis restituat puritatem; faciens eos conformiter vivere ad exemplum Iesu Christi, illudque intus & exterius imitari, Deumque ab intra iugiter observare, resignando ei funditus omni tempore voluntatem, desiderium & intentionem; insuper corda sensusque suos vitia comprimendo custodire. Attamen homines isti nunquam sibi securitatem pollicentur, sed in timore domini iugiter persistentes experiuntur & sentiunt bonum quoddam immensum, quod Deus ipse & dare & conservare habet. Denique, seiplos omni tempore annihilare atque vilificare student, optantes in omnium similiter hominum oculis vilescere, quatenus omnipotens Deus valeat honorari. Et per hoc omnem propriam naturæ suæ æstimationem, siue reputationem mortificant, & subdunt spiritui, in quo summam ipsius spiritus libertatem, et ascensum in Deum eidem absque impedimento adhaerendi inveniunt. ¶ Et omnia iam dicta bona humiles isti libentissime tegerent & occultarent, sed charitas celare eos non permittit, vincitque humilitatem flamma ardoris sui, cupitque omnes agnoscere talem in vnoquoque homine thesaurum, ipsum videlicet omnipotentem Deum existere, quem nimirum universi & singuli in ipso essentiali fundo, & animæ imagine habemus, qui nos omnes quidem ex æquo redemit, perque suam amarissimam passionem denuo mundavit,

LIBER II.

clauit, vt deitas sua per nos & lucere rursus vale
 at & operari. Sed tamen non omnes istud cogno
 scunt neq; ad opus ponunt: quæ causa est, quod
 vsque adeo pauci ad primam suam originem ac
 que centrum pertingunt. Veruntamen in humili
 bus istis hominibus, de quibus modo loquor, ma
 gna est humilitatis & charitatis adinuicem con
 certatio, ita vt sæpe læsiones ac vulnera cordi
 bus ipsorum inferantur, oporteretq; ob amoris
 violentiam sæpius deficere, nisi desuper instru
 cti essent, & discretionis gratiam haberent, quæ
 humilitatem pariter & amorem moderatur ac
 regit. ¶ Porro, humilitas est cordis illud centrū,
 in quo carbo viuus diuini amoris conseruatur
 ac tegitur. Ipsa est tam amoris, quam omnia
 aliarum virtutū mater, quas charitas roborat,
 & discretio gubernat. Enimvero, in quocunq;
 tres istæ virtutes principatum obtinent, ex ipso
 omnia vitia recedere, eumq; in virtutibus profi
 cere oportet. Deniq; humilitas & amor dulcissi
 mum sunt animæ nutrimentum, quibus etiā in
 ipso Deo nihil est dulcius. Amor nanq; Deum
 compellit, & humilitas flectit ad illabendum po
 tenter ipsi animæ, eamq; sic amore suo inebrian
 dum, vt tam seipsam, quam creaturas vniuersas
 cōtemnere, & discrete ac ordinate viuere possit.
 Secundum genus hominum est eorum, qui au
 dierunt quidem esse Deum essentialiter in ipso
 fundo et animæ imagine (prout omnes vtriusq;
 Testamēti sacræ scripturæ multimodis attestan
 tur, in quo etiam omnis vigorosus animæ pro
 fectus consistit exercentium ista, et bene desuper
 instructorum) & seipsos ad merita Christi eius
 que passionem in hoc eodem fundo conuertunt,
 ita vt

ita vt

MARGARITAE EVANG.

ita vt iam per bona exercitia experiantur in seip-
 sif, quod crediderunt. Sed inibi rursus per sen-
 sualitatem, instabilitatē & sensuum suorum in-
 custodiam quædam media recipiūt, per quæ im-
 pediuntur, ne ista sentire queant in seipsis. Et quæ
 male introuertuntur, & distracti sunt & multi-
 plicati, vel etiam quia forte in eis est aliquid si-
 ue honoris, siue commoditatis, siue amoris, siue
 fauoris quarumlibet creaturarum, cui penitus &
 nude renunciare nolunt: ideo ad simplicis illius
 boni vnionem pertingere, & in eius amore fue-
 cendi non merentur. Fitque vt sentiant in cor-
 dibus suis immensam quandam grauedinem
 atq; angustiam, quales nunquam antea experi-
 fuerunt, tuncq; intra semetip/os cogitant, dicen-
 tes hoc pacto: Ergo ne sic inde mihi eueniet?
 Certe nunquam ita male habui. Quidnam esse
 se potest istud? Vnde tam male habeo? Certe a
 Deo istud esse non potest. Equidem libenter me-
 liora sectari voluissem, sed melius multo mihi
 erat in simplicioribus exercitijs meis. Certe sub-
 limia & alta ista tractare nescio. ¶ Eia charissi-
 mi non cogitemus, neque loquamur tam insi-
 pienter, decipientes nosmetip/os, & obediētes
 sensualitati nostræ, & consilio spiritus mali-
 gni, quorum vtrique sunt ista commenta. Sane
 omnes nos ad fruendum summo bono, & ad co-
 gnoscendum amorem & abyssalem Dei bonita-
 tem conditi sumus: nec deijcere nos debet, quod
 cum Mose in nubem tenebrosam recipimur.
 Tunc enim securi lucem expectamus, si tamen
 in tenebrosa illa anxietate ad Deum confugerim-
 us, innitendo eidem, donec omnes sensuali-
 tatis humores consumantur. Porro, quando cor
 nostrum

LIBER II.

nostrum aridis desiderijs ponderosa ac terre-
stris naturæ huius prægrauatur, nosque sic in
hac arida cordis nostræ solitudine desolati su-
mus, in qua esurimus quidem & sitimus, & ta-
men aquas gratiæ non habemus: tunc sane ca-
uendum nobis est, ne vel murmuramus, vel
impatientes simus, siue contra Deum, siue pro-
ximum, siue etiam nosmetipsos. Magis autem
Deum deuotius inuocemus, eique in nostra pres-
sura ac tentatione fortiter adhæreamus, ipsum
que assiduis pulsemus precibus, donec ei nos
complaceat exaudire. Profecto quando natu-
ra sic comprimitur, & tamen anima Deo suo ni-
hilo minus incessanter adhæret, fieri non po-
test, quin cœlesti tandē manna superabunde re-
ficiatur, ac satiatur aliquando. ¶ Postquam ve-
ro omni dubitatione recedente iam firmiter in
Deum credere inceperimus, tunc ex lapideo cor-
de vena scaturit aquæ viuæ, & nos in terram
promissionis introducimur, id est, in intimum
essentialem fundū, in quo increata Dei essentia
existit, & superessentialis vita perenniter perdu-
rabit. Tuncque omnis pressura & inopia reced-
dit, & quoddam de præterito labore gaudium
oritur in nobis. Et hoc est bellum spiritus & na-
turæ. Spiritus nanque adhærere Deo cupit, & ca-
ro sensualitati. Cognoscens autem spiritus a-
deo excellens bonum intra se existere, tunc ab-
yssi abyssum inuocat. Abyssus videlicet di-
uinitatis abyssum animæ in se inuocat, volens
eam totaliter possidere, vti ac regere. Porro,
quamdiu creaturarum affectus in anima medi-
um quoddam faciunt, nec ipsa infructuosos
ramos amputare saragit, rite in amore DEI
crescere

MARGARITAE EVANG.

crescere non potest, nec pro suo beneplacito De-
 us ea vti valet. Et quia vacua non est, ideo ad pos-
 sidendam eam dominus adhuc intrare minime
 potest. ¶ Attamen etiam si cōtingat nos ob me-
 dia & affectus quarumlibet rerum creatarum
 in nobis existentes ad internum istud exercitiū,
 & ad introuersionis obseruationem ineptos esse,
 se deijci propterea animo non debemus, sed De-
 um exorare, vt nos introrsum trahere dignetur
 per merita acerbissimæ passionis suæ, atque per
 gaudiosum spiritum suum nostrum spiritum sic
 aptare, vt ipse in eo quiescere: & per sanctam ac
 dolorosam animam suam, nostram animam eum
 omnibus viribus illius reformare, & in debito
 loco restituere, vt ipse eam possidere, & pro suo
 valeat desiderio regere, atq; per sanctissimū lau-
 ciumque corpus suum nostrum mūdare corpus,
 & subdere spiritui, quatenus ipse in eo habitare
 & quæcunque sibi placita per illud operari pos-
 sit. ¶ Etenim summa omnium exercitiorum no-
 strorum hæc esse debet, vt videlicet semper ha-
 beamus cum Christo liberam, tranquillam ac
 subleuatam mentem, Deo per vnionem spiritus
 sine medio adhaerentem, & animam obedientem,
 & diuinæ subditam voluntati, corpusque man-
 dum & patiens, ipsum semper spiritum sequi pa-
 ratum: quatenus sic omnipotens Deus gaudium
 in spiritum, pacem in anima, & delectationem ha-
 beat in corpore nostro, valeatq; in nobis & per
 nos pro suo desiderio ac intentione operari. Atq;
 istud est summū & vtilissimum exercitiū, quod
 haberi possit. Quisquis enim altius volare, siue
 longius quærere præter ea, quæ hisce tribus de-
 seruire possunt, voluerit, ille sibi ipsi & damnum
 inge-

LIBER II.

ingerit, & præstat impedimentū. Quicquid autē la-
 hlice tribus acceperit, vel fuerit in ipso operatū,
 gratiā Dei fuisse dubitare nō debet. Ideoq; semet
 ipsum humiliter profundere & inclinare debet
 sub diuina bonitate, atque per speculū & animę
 faciem in diuina semper præsentia remanere, ve-
 fici Dei beneplacitū suū innotescere dignes,
 a quo etiā transradiari se finet, & ab ipso in ani-
 ma, corpore & spiritu absorberi. Quod vbi asse-
 quimur, tūc demū Iesum Christū induti sumus,
 & sentimus in nobis, qđ & in Christo Iesu, qđ est
 ostiū, per quod ingredi in diuinitatem, & cū gra-
 tia Dei eius humanitatem sequi debemus. ¶ Ac-
 que per hoc ostium semper nobis denuo intro-
 ueri licet, quātumlibet longe lateque euagati su-
 mus atq; distracti, reuertendo videlicet ad ipsum
 & veniā petendo, ipsumque per sanctissimę hu-
 manitatis suę merita rogādo, vt nos tam mun-
 dos efficere velit, sicut eramus, qñ ex ipso proflu-
 ximus, quatenus in ipsum refluere valeamus.
 ¶ Tertium genus hoīm est eorū, qui intrāt quidē
 in seipso, sed aliquā de Deo cognitionē non ha-
 bent, qualiter ipse sit in fundo animæ, nec suorū
 interiorū dispositionē nouerūt. Ideoque sicut ho-
 rologium quāmdiu in puncto suo bene disposi-
 tum manet, ordinem debitū seruat, qñ vero pun-
 ctum deserit, in cursu suo ordinē nullum seruat,
 sic & animæ punctum siue centrū suum, quod
 Deus est, deserenti accidit. Enimuero, qđ nec vi-
 res nec affectiones suas nouit, in currendo ordi-
 nem non seruat, nec debitam rectoris vitæ nor-
 mam custodit. Nec intelligunt homines istiusmo-
 di, in quōnam Dei sit imago & similitudo, nec
 lucem siue discretionem conscientię nouerūt, nec
 P vbi

MARGARITAE EVANG.

vbi vitia radices fixerint, & quisnam sit origi-
 nalis locus eorum: nec quomodo Deus superel-
 sentialiter absq; modo in centro animæ existat.
Horum omnium similiumq; verā cognitionem
 non habent, sed omnia eorum exercitia in exte-
 riori quadam ordinantia consistunt, eaq; cū pro-
 prietate assumpserunt: verbi gratia, in orādo, in
 legendo & meditando per diuersas formas atq;
 imagines, quæ exteriori intellectu apprehēdi &
 ab extra per sensus introrecipi ac sentiri possunt,
 & sic in suæ remanent naturæ proprietate. Idcir-
 co mox vt aliquam a Deo sensibilem gratiam ac-
 quirunt, ea ad suas oblectationes & voluptates
 abutuntur, sicq; preciosissimū illud diuinę gra-
 tiæ balsamū vilissimo suæ delectationis sterco-
 ri permiscent. ¶ Quod si seipso Deo resigna-
 rent, vt facere cum eis pro suo suo arbitrio pos-
 set, ipsiq; Deo subiecti & gratiæ ipsius coopera-
 tores existerent, tūc ipsi cū Deo operarentur, &
 Deus cū eis: & sic omnia eorum opera diuina ac
 fructuosa redderentur. Sed quia seipso funditus
 agnoscere negligunt, & propriam delectationē
 & desideria sequuntur, ideo nunq; statum opti-
 mū apprehendunt, id est, per imagines et media
 naturæ suæ ad tam sublimem virtutū gradum,
 ad quem facti sunt, minime pertingūt. Sed tamē
 saluabuntur, si in suis exercitijs ob amorem Dei
 ad mortem vsq; perseuerauerint, & magnā sunt
 mercedem habituri, pro qua etiam potissimum
 laborauerunt. Sed quanto amplius seipso qua-
 sierunt, tanto eorum & gloria minor & purga-
 torium grauius erit. Ineffabilem siquidem cru-
 ciatum in purgatorio sustinebunt, quousq; per-
 fecte cognoscant, quod in hac vita cognoscere
 debu-

LIBER II.

debuissent. Etenim cognitio amorem causat, nec
obtinere cœlum aliquid poterit, nisi amor dun-
taxat & cognitio. Si ergo Deum hic cognoscere
studuerimus, ipsum quoque sine dubio diligimus,
& amando ipso fruemur. Ex quo nimirum amo-
re timor, humilitas, patientia, mititas, sobrietas,
castitas, & consequenter omnes aliæ virtutes o-
riuntur. Proinde, qui iam stat in amore Dei, vi-
deat cum timore Dei, ne cadat extra gratiã Dei.
Ad quod nos adiuuet ipse filius Dei.

**Qualiter anima in precioso Christi sangui-
nese balneare, & cū tribus scalis p̄ Chris-
tum Iesum ascendere debet. Cap. XIII.**

Veruntamen, quia sensus & cogitatio hu-
mani cordis in malū prona sunt ab adole-
scentia sua ad mortē vsq̄, et ex nobis ipse
cadere nō cessamus, ideo semper medico nostro
adhærere, & animas nostras in precioso sangui-
nis sui nobili balneo sapius lauare debemus.
Quod videlicet balneū, ipse nobis p̄parauit, in
quod innumerabiles riuuli, & quinque fontes illi cū
gratiæ plenitudine sine cessatione influunt, in quod
nos animas nostras mūdare oportet, si ad ipsum
ingredi velimus. Nemo enim in montem diuini-
tatis ascendere poterit, nisi qui animam suā la-
uerit in sanguine agni, & qui innocens mani-
bus & mundo sit corde, quique non accepit in
vano animam suam, sed secundum veritatem vi-
uit: ille talis ascendit in montem domini, & stat
in loco sancto eius, & ante faciem Dei Iacob cō-
stituitur, qui eius locus proprius extat, & bene-
dictionem accipit a domino, & misericordiam
a Deo salutaris suo.

P ij Quali-

MARGARITAE EVANG.

Qualiter primo nos lauabimus & ascende-
mus per Christi corpus cruentatum.

Cap. XIII.

Prima scala, qua peruenitur ad montē, est
ipse Christus dñs, qui idē est triplex scala,
per quam ascendere debemus, idē in tripli-
ci gradu, in actiua videlicet, spiritali ac deiformi
vita. Primo aut, vt supra dictum est, in fontibus
saluatoris, eius videlicet sanguine precioso
nos mūdabimus, & deinde per primā scalam,
Christi videlicet corpus cruentatū ad montē cō-
scendemus, atq; per illud veniā petemus de omni
abusu membrorum & quinque sensuū nostrorum.
¶ Primo itaque ad pedes eius, quibus nos annis
plusq̄ triginta tribus tā humiliter quæsiuit, quā
que modo ad perpetue nobiscum permanēdum
ad crucem fecit clavis ferreis affigi, accedere, &
male transactæ vitæ nostræ veniā petere debe-
mus, ipsumq; rogare, vt nos deducat in via sua,
& ingredi faciat in veritate sua. Deinde, ad genua
ipsius venire debemus, quæ propter nos toties
nocte ac die flectere dignatus est coram coe-
lesti patre suo, ipsumque rogare, vt nobis indul-
geat, quicquid per acediā deliquimus. Deinde
ad corpus, quod propter nos tam crudeliter tra-
ctatum est in captione, ligatione, impulsione, illu-
sione, flagellatione, coronatione, crucifixione, ac
turpissima morte, vt nobis per hoc verā castita-
tem ac mundiciā corporis donare dignetur. ¶ De-
inde, ad cor ipsius amorosum, qđ præ amore ad
instar cœli dilatatū erat, quatenus nos in illo ha-
bitaremus: ipsumque rogare, vt corda nostra ab
oībus cogitationibus peruersis mūdare, eaq; fir-
gida

LIBER II.

gida nimis in amore ac gratiarum actione calefacere dignetur. Deinde, ad sanctissima brachia et manus ipsius, quæ toties in oratione & operum misericordiarum exhibitione extendit, & iam pro nostrarum salute animarum in cruce fecit concluari, ipsumque rogare, ut omnia opera nostra iustitia ac misericordia exornare velit. ¶ Deinde, ad sacratissimum os eius, quod nobis veram vitam doctrinam multo clamore deprompsit, & animas nostras quaesivit, quas adeo salutem sitiebat, ut aceto ac felle potari dignaretur, ipsumque deprecari ut indulgeat nobis, quicquid siue verborum superfluitate, siue ciborum ac potuum delectatione peccauimus, nosque vera ac sobria sapientia exornet. Deinde ad oculos misericordiarum, e quibus largissime fontes lacrymarum profluebant, quoniam videbat tantam iniuriam patris, tam irreparabile damnum animarum, & dilectæ matris suæ tam inestimabilem dolorem: veniamque petere de eo, quod oculos cordis nostri toties ab eo auertimus, ipsumque rogare, ut interiores oculos nostros illuminare, atque in se firmare velit. Deinde ad sacras aures eius patientissimæ puritatis, quibus impropria & terribiles Iudæorum clamores atque strepitus, & lamentabiles voces ac plangitum dilectæ matris suæ, aliorumque amicorum suorum audiebat, atque per hoc veniam deprecari, quod aures nostras interiores diuinis inspirationibus suis, & superiorum nostrorum admonitionibus ac instructionibus applicare, prout tenebamur, negleximus. ¶ Deinde, ad sacratissimum caput ipsius, quod in Iordane prius baptizari fecit, nostrum baptismum in suo baptismo sanctificans, & modo tam crudeliter spinea corona sauciatur, et spinarum diris aculeis transfossam & sanguine perfu-

P iij sum

sum est, ad emundandū ea, quæ post baptismum peccata cōmissimus, atq; per illud veniā perere de abusione baptismi & quinq; sensum nostrorum, ipsumq; rogare, vī hos eisdem sensus nostros mūdare, & subtus spineā coronā suam cōcludere, & in suo nos sanguine baptizare velit, vīq; intra nos habitare, & corporalē naturā nostrā abscondere, & in suam humanam naturam transformare, sicq; ab omni tētatione inimici in suo abscondere tabernaculo dignetur. Et in hoc sensualis ac inferior homo noster in gradū suum per Christi corpus ascendit, & iā in pede montis cōsistit, nec in hac vita vltērius procedere valet. Et ideo semp quasi incipiētes sumus, et ad exemplū humanitatis Chrī, q̄ semp erat bonis actib; intēta, in actiua vita p̄sistere necesse habemus.

Qualiter secūdo loco per alteram scalam, quæ est tristissima Christi anima, ascendere debeamus. Cap. XV.

Scala deinde secunda, per quam ad montis introitū ascenditur, est Christi anima, q̄ sic erat interiori passione ac dolore perfusa, vī in interiori illa cruce p̄ amore in omnibus viribus suis magna vi extensa esset vīq; ad altitudinem cœli, profundum inferni, & latitudinem ac longitudinem terræ. Etenim quanta fuerit interior ista dñi afflictio, in solo duntaxat vitæ libro scriptum est, qui signatus est sigillis septem, quem nemo aperire potest, nisi agnus qui sedet in throno. Qualiter vero liber iste omni amoris animæ aperitur & sentiri datur, literis exprimi nō potest. Etenim interior illa poena, in qua Christiana anima crucifixa atq; distēta fuit, tā incōpara-

LIBER II.

parabiliter maior erat omni externo cruciatu illius, quod coelum maius est terra. Exterior quidem poena ineffabiliter magna erat, sed interior poenatao indicibiliter maior erat, quanto plus animas, quam corpora diligebat. Etenim animae suae vulnera incomparabiliter maiora, ampliora profundioraque erant, et multo amplius superabundantem amorem ac misericordiam, quam vulnera corporis sui sanguinem seaturiebant. Clamor animae suae penetravit latentem abyssum magno sonitu gemitum ac lachrymarum super infatuatis animabus multis amorosis atque attractivis verbis. Porro, paupertas ac derelictio animae suae tanta erat, ut nullam sustentationem, nullum nutrimentum, nullamque a sua divinitate consolationem haberet. Pendebat autem nudus, et a sua divinitate et ab omnibus animabus derelictus, cum raptis venis amoris et contractis membris aversa a se animas, ita ut nullam animam haberet, in qua caput suum reclinare, aut sitibundam animam suam refrigerare potuisset. Ideoque miserabiliter quidem exterius, sed multo miserabilius atque altius vociferabatur interius, dicens: Deus meus, Deus meus, ut quod dereliquisti me? O igitur anima nobilis, rumina quaeso, et attende clamorem istum, et faciet te tam teipsam quam creata omnia pro amore suo relinquere, qui tam miserabiliter derelictus fuit, eo quod tu ipsum reliqueras. Vide autem, qualiter bis Deum vocet. Primo siquidem, Deus meus dicendo, hoc voluit insinuare, quasi diceret: Omnipotens Deus, quomodo iam in tantum vinci te permittis ab amore animarum, ut me, quem tam inestimabiliter amas, sic penitus deseras, meque pro eis redimedis loco pignoris exponas? O amor, quanta est vis tua, quam potentissimum Deum sic flectere et sauciare, & ve

P iij lut

MARGARITAE EVANG.

lut ebrium amore largius manare facere potes.
¶ Porro, secundo loco dicēdo: Deus meus in cer-
 us ad aīam clamat, quasi dicens: O aīa nobilis, q̄
 ad meā facta imaginē per gratiā, Deus, filia, so-
 ror et spōsa mea existis, in cuius me imagine v-
 niui atq; inclusi, cū qua fœdus perpetuū inq; ad
 tecū æternaliter manendū, q̄ mihi tā similis es,
 quamq; tam vehementissime diligo, quare me
 dereliquisti? Ecce sequor te etiā in infernū. O quo-
 ties volui te congregare sub alas meas, sed heu
 spretis æternis delicijs, transitorijs vilibusq; in-
 hæres. Ideoque sitiuit te anima mea, vt te ex fon-
 te viuo potare possem. Reuertere quæso ad me,
 & cessabit omnis dolor meus. Etenim cor meū
 apertum est, & ianuam vitæ reseraui tibi, lo-
 cumque preparauī: Ministri quoq; mei oēs te ex-
 pectant. Ecce sto brachijs amoris ac desiderij ex-
 pansis, desiderās te amplexari, & cordi meo for-
 titer applicare (quatenus æstus amoris mei sen-
 tire queas) teq; vestimento pulchritudinis meæ
 induere et velut sponsam exornare, teque mecū,
 qui sum pater spirituum, vnum efficere spiri-
 tum. **¶** O pater, in manus tuas cōmendo spiritū
 meum. O summa potentia patris, in tuam sapi-
 entia ac bonitatem, & me & spiritus ac animas
 oēs, q̄ per meam passionē saluātur, cōmendo, vt
 eas seruare in manibus tuis, easq; vnū tecū effice-
 re spūm (sicut & nos vnū sumus) digneris, quate-
 nus in eis vitā ac passionē meā valeam renoua-
 re. Postq̄ igitur anima istud plene intelligere incli-
 pit, omnibus se viribus suis erigit, & seipsam in
 interiori cruce extendit, & comprimit totis vi-
 ribus adhærere sponso suo, eum sequi desiderās,
 seq; totam offerens ac resignās, vt eam pro suo
 deside

desiderio possidere ac regere possit. Et hic anima per Christi animam ad alterum vitæ spiritualis gradum vsque ad montis introitum ascendit.

De impedimentis, quæ cauere quisque debet in ascensu suo. Cap. XVI.

Porro, ob naturæ infirmitatem, quæ istam animæ cruce[m] ferre non posset, inferior homo ad ista accedere non valet. Enimvero, si cor humanum inhibere vellet illud quo perfusa est anima, quodque in ea agitur, ipsum tabescere & deficere oporteret, atque per hoc in ascensu suo anima remoraretur, & spiritus introitum amitteret, atque inferior homo ab actionis suæ profectu impediretur. Cauere proinde quisque sibi debet ab impetu violento cordis atque naturæ, qui profecto de pede montis, id est, a conformitate humanitatis Christi deijceret, & in noxiam naturam propelleret, in qua sane æterna perditio consistit. Prudenter itaque hic agendum est, & consilium petendum ab incolis montis illius: qui tamen pauci sunt, licet plurimi sint vocati. Quia videlicet nemo sui vult periculum facere, ac seipsum abnegare, in quo tamen immensa salus ac vita æterna consistit. Et quicquid hic mereri negligimus, illo postmodum æternaliter carere oportebit. ¶ Proinde, naturam tuam, id est, hominem inferiorem, in Christi duntaxat humanitatem ascendere, ibique manere atque cum ipso ambulare, operari, discere, dimittere, pati, mori ac viuere finas. Animam vero tuam cum ipsius anima in vitam spiritualem conscendere, & spiritum tuum cum ipsius spiritu in super-

P v essen-

MARGARITAE EVANG.

essentialem ac deiformem vitam ingredi facias: sicque custodieris in omnibus vijs tuis, cum nō plus sapueris in ascensu, descensu atque introitu tuo, quam tibi datur atque permittitur. Et ut in isto securus ac tutus esse quisque possit, sic orare ac dicere debet: Inclina domine aurem tuam & exaudi me, & custodi me in omnibus vijs meis: quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animā meam, quoniā sanctificata est per te, & saluū fac spiritū meum Deus meus sperantē in te. Igit postquā anima modo supradictō ascēdit, inibi in fundo suo persistere nec ulterius temere ingredi nec retrocedere debet.

De tertia scala, quæ est gaudiosus spiritus domini nostri Iesu Christi. Cap. XVII.

Tertia scala, per quam in summæ diuinitatis montem ingredimur, est ipse spiritus Christi, qui fixus & immobilis permanebat in perfecto gaudio & suæ diuinitatis fruitione, in essentiali vnitatis virium suarum superiorum, in plenitudine deliciarum: extra quas nec ad momentum recedebat, in qualibet magna poena ac desolatione anima corpusque suum existerent: paratusque erat cum gaudio (prout S. Bonaventura testatur) tot corpora, si habuisset, morti tradere, quot sunt stellæ in cœlo, guttæ aquæ in mari, grana arenæ iuxta mare, & gramina super terram: atque in tali poena, qualem in cruce pendens sustinebat, usque ad extremi iudicii diem permanere pro vnius animæ salute, si hoc iustitia sua exegisset. Cum perfecto quæ gaudio seipsum in diuina abyssō, in speculo videlicet semper venerandæ

LIBER II.

verā Trinitatis contuebat, atq; semet facie ad
 facie .i. spiritu ad spm̄ cognoscebat. Ideoq; spi-
 ritus noster hic subleuat, & cū Christi spiritu in-
 trodūcitur in mortē diuinitatis, atq; in suā terram
 reuertit, & in sua origine suscipitur, & a super-
 gloriosissima Trinitate circundatur et amplexa-
 tur, atq; per excessum rapitur in illud superessen-
 tiale bonū, & in lumē veritatis, atq; in cōspectu
 dñi stabilitur simplici cogitatione, mūdo intuitu
 et in depicto amore, ad contemplandum fugiter
 Deū in arcana illo fundo & in intimo suisphus.
 Sicq; supercoelestis efficitur, vbi spūs reddit po-
 tēs, & a Deo attrahit ac transradiatur in suā lucē
 diffimā veritatis agnitione: atq; spiritū, animā,
 corpus, cor & sensus permanans, ipsum homi-
 nem in quandam diuinam cognitionem trāsmu-
 rat, vestiens ipsum diuino quodam lumine &
 prima stola puritatis: atque inibi cernit spiritus
 seipsum immēso quodam lumine circumseptū,
 occultumque suum perspiciens fundum, quid e-
 um impediāt & qualiter ipsum deinceps oporteat
 ambulare, cognoscit: atque hęc eadē de alijs
 quoque hominibus agnoscit. Omnia nanque in
 illo lumine cernit: ipsi quoque abditī sacræ scri-
 pturæ sensus ei tunc deteguntur. Contemplatur
 siquidē Deum ipsum facie ad faciem in arcana
 illa abyssō, in omnibus sinibus terræ, id est, De-
 um simpliciter intruetur in occulta illa atq; pro-
 funda abyssō, in intimo videlicet spiritus sui, &
 in omnibus fundis animarum atque cordibus
 hominum, quæ omnia Deus omnipotens in sese
 absorbere, sibi que attrahere vellet, si ab omni
 essent impedimento libera atque expedita. Et
 hinc maximum sustinet in anima sua dolorem,
 quis-

MARGARITAE EVANG.

quisquis ista cognoscit, eo quod semper ardentissime sicut salutem animarum, nec tamen propterea ullius est hominis icus imagine depictus, quippe qui simplici veritate (quæ Deus ipse est) est circumdatus. Et in istiusmodi homine Deus tantū gaudij, pacis ac delectationis habet, quantum in sanctis suis. Siquidem hominem illum sibi attraxit, totumque induit cum spiritu, anima, corpore, corde & sensibus, sicque eum totaliter immutans, facit ut sit per gratiam, quod Christus est per naturam. Etenim voluntatem eius cum sua diuina voluntate, & desiderium eius cum suo diuino desiderio, eiusque intentionem cum sua diuina intentione, naturam denique illius cum sua diuina natura vniuit: iamque in eo nascitur, viuit, ambulat, operatur, patitur atque resurgit, gaudens inuenisse se hominem secundum cor suum. Et in isto iam deficit homo ab omni sua actione, siue dimissione, verbis & operibus, perdiditque, non quidem essentiam, sed apparentiam, & viuit iam non ipse, viuit vero in eo Christus. Et hoc est summum gaudium spiritus, quod videlicet homo sic annihilatur, solummodo Deo viuit. Sicut enim anima cuiuslibet iusti morientis e suo corpore atque sanguine extrahitur, ac liberatur & in vlnas domini suscepta in cœlum introducit, (Deus nanque, qui est ipsum cœlum cœli in anima existens, eam in se trahit) sic & hanc animam diuinitas ipsa transradiauit atque perfudit, atque vires eius omnes sibi attraxit, diuinaque claritate circumdedit, ita ut plus in Deo, quam in suo corpore, & deitas plus in corpore, quam ipsa eius anima viuat, eiusque conuersatio magis in cœlo sit, quam in terra.

Iugiter

LIBER II.

Iugiter namque cum Deo ambulat in cœlo, id est, in primo fundo animæ, qui nimirum cœlum est in quo semper habitat Deus. ¶ Et istud est cœlum, in quod raptum se fuisse Apostolus dicit: tertium videlicet cœlum illud, ubi Deum sine medio vidit, quod profecto cœlum, ipsa est prima animæ essentia. Non enim mortuus tunc erat Apostolus, sed in eius corpore anima illius erat, quæ tunc rapta fuit in primâ animæ essentiam, ubi Deum essentialiter vidit supra omnem rationem, imaginem atque similitudinem in nuda essentia eius, sicut eum iam actu in vita contuetur æterna. In hoc ergo tertium cœlum ipse spiritus attractus est, & introductus ultra vires superiores, videlicet supra memoriam, quæ modo in intellectuali contemplatur, & supra intellectum, qui per formas speculatur, & supra voluntatem, quæ per similitudines contuetur. Supra hæc (inquam) omnia translatus in essentialem quâdam nuditatem, Deum sine medio in diuinæ essentia simplicitate, in intima animæ essentia absque omni intellectu, forma atque similitudine contemplatur. Et hic anima transradiatur atque perfunditur eodem ipso lumine, in quo Adam erat positus atque vestitus in paradiso, atque in idem illud lumen per Christum Iesum reducitur. Et in hoc lumine talem veritatem anima cognoscit, qualem nemo intelligere potest, nisi qui per Christum Iesum triplex hoc scalare ascenderit, & in tertium cœlum, in montem videlicet summæ diuinitatis introductus fuerit. O quam felix est anima illa, quæ huc ascendere atque introduci meruit, quæque sibi ipsi mortua & in Deo est sepulta. O quæ pura ab omni creatura & ab omni
 extra-

MARGARITAE EVANG.

extraneo desiderio efficitur, q̄ corde q̄eta, q̄ mū-
da a vitijs, q̄ libera ab om̄ibus p̄cenis, q̄ aliena
ab om̄i timore, ornata omni virtute, illuminata
in intellectu, subleuata in spiritu, cum Deo vni-
ta, & æternaliter beatificata.

Qualiter huiusmodi homo Deum in ani-
mæ suæ domo inuenit. Cap. XVIII.

Quis ergo talis esse potuit, secure cū a-
nima amate dicere potest: Paululū cū per-
trāsissēm eos, oēs videlicet occupationes
externas atq̄ sollicitudines, meque in domū aiæ
meæ cōuertissēm, inueni quē diligit aiā mea. Te-
nui eū, nec dimittā, donec introducā illū in cubi-
culū spiritus mei, regnū animæ meæ, & in domū
cordis mei: nec dimittā eū, nisi h̄ndixerit anima
mea. Tenebo eū & amplexabor brachijs spiri-
tus animæ & cordis. Etenim quādo eum in spiri-
tu amplexat̄ & hilari vultu contemplant̄, tunc eū
memoria ac voluntate circūplectitur. Et quādo
eū in anima, eiusq̄ admonitiōes, illustratiōes, in-
structionesq̄ amplectitur, tūc nimis cōcupisci-
bili atque irascibili viribus eum cōplexat̄. Quā-
do vero eū eiusq̄ in omnibus operibus suis di-
uinā intentionē in corde circūplectitur, tunc eū
in prosperis simul & aduersis amplexatur, tota-
que sollicitudine eū obseruans, eius honorem in
omnibus q̄ vel facit vel dimittit, in comedendo
& bibēdo, in dormiendo & vigilādo pure quæ-
rit, cunctaque ob eius amorem facit. Tunc & i-
pse eius curam diligentissimam habēs, animam
huiusmodi vicissim in suum cubiculum & in ef-
fentialem vnitatem suā introducit, vbi sua qui-
ete perfruētē, brachijs spiritus, animæ, & cor-
dis sui eam amplexatur. Et hic dilectus a dilecto
circum-

LIBER II.

circumplectitur, honoratur, custoditur. O quam forte vinculum & inexplicabilis nodus est iste. Sed ad hæc facile perringere valebimus, si in eius seruitio studiosi esse velimus, si enim pro altioribus donis non laboramus, ipsis minimis indigni sumus. O si attenderemus, quæ & quanta exigendi quandoq; sumus.

Qualiter anima gratiæ Dei satis esse debeat.
at. Cap. XIX.

Porro, vt gratiæ Dei satis esse possimus, Deo omnibus viribus adhærere, & tota nos ei diligentia applicare, atq; per Christum introire debemus: vt videlicet per eius mundum atque vulneratum corpus in nostro corpore mundemur, eiusque sanctissimum corpus induendo, illud ipsum in omni puritate sequamur. Et per eius sanctissimam animam nostra anima cum omnibus viribus suis ad ipsum erigatur ac reformetur. Per eius quoque spiritum noster spiritus libertati restituatur, atque in profundissimum animæ fundum (in quo increata lux diuinitatis inhabitat) introducatur. Et hic coram abyfso illa diuina sese homo prosternere, seque captum reddere debet in simplicitate spiritus & cordis, & cum subiectis viribus, idque sine omni intellectu, formis ac similitudinibus. Quando nanque per Christi imaginem in animæ abyfsum ingressi sumus, omnes illic imagines cedere oportet, sola simplici vniformitate remanente, quia & ipse Deus ibi simplex est. Corâ hac igitur abyfso prosternere sese homo, & in suū nihilū se profundare debet. Et tūc gratia sese demittēs, ipsum in se trahit, & omni eum propri-

MARGARITAE EVANG.

proprietary spoliatis, diuinum quoddam in ipso opus operatur, atque pro eodem opere perpetuam illi mercedem restituet. ¶ Quam nobilis res est ita semetipsum mortificando penetrare, quousque in abyssum veritatis peringat, & Deus ipsum suæ inactiōi aptum efficiat, ipsum que cum anima & corpore amplectetur. Profecto nobilius istud est, quam ea qua ex Deo proflixit nostri emanatio. Atque vt ad istud omnes pertingere, & in Christi amarissimæ passionis ac preciosi sanguinis balneo lauari, perque tres illas scalas ascendere & introduci, atque in brachijs sponsi protegi & custodiri, & in verum fundum deuenire possimus, prout supradictum est, ad hoc nobis ille præstet auxilium, qui propter nos de summo cœlo descendit, Iesus Christus filius hominis, cum quo nos omnes vniri, & per quem nos omnes ascendere & in vitam ingredi, si saluari velimus, oportet. Ipse namq; ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis qui est in cœlo. Et: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, per me videlicet. Væ autem illis qui hac incedere via nolunt, quibus heu nimis anxie atque horribiles viæ in hora mortis eorum pandentur, quando animam caligo & tenebræ operient, & tremor inuadet, & ipsa crudelissime extra corpus suum euulsa, ianuam clausam inueniet. Dum ergo tempus habemus, in hac via ascendere conemur.

Qualiter huius scalæ cacumen cœlum tangat, & qualiter ipsum cœlum in anima sit.

Cap. XX.
Triplet

LIBER II.

TRiplex ista scala, dominus videlicet Iesus
Christus, a terra ad cœlum vsque, & ad
vsque cœli introitum & in ipsum cœlum
in essentialē abyssum, id est, a corpore vsque ad
cœlū animę stellatū pertingit, in quo animæ cœ-
lo Deus continue moratur, quæ latior est omni-
bus cœlis. Et in ipso vires, sicut stellæ in firma-
mento lucēt, vnde inhabitatores terræ, id est, cor
& sensus hominis illuminant. Et dehinc vsque
ad cœli introitū attingit, id est, in essentialē illud
cœlum, in quo anima viuit in Deo, vbi vires e-
sua manant origine, & vbi beatissima Trinitas
agit in tres vires superiores. ¶ Et post hæc vteri-
us pertingit atque deducit in abyssum diuinita-
tis in essentialē spiritus vnitatem, vbi spiritus
angelicus est atque diuinus, & iam magis in cœ-
lo, q̄ in terra moratur: quia nimirum locus eius
in Deo, & opus illius ipse Deus existit, estq; De-
us per gratiam. Et ex vna quidem parte, in inferi-
ori videlicet fundo nihil est. Interior autem ille
fundus, quem Deus inhabitat, adeo diuinus est
et in Deum absorptus, vt nihil ibi sit, nisi diuina
vnitas atq; simplicitas, et pura essentia Dei: est-
que anima hic cœlo q̄ terræ vicinior. Et licet ex
vna parte corpus suum inhabitet, ipsumq; viui-
ficet, q̄d de terra est, & terra est, & in terram re-
uertetur, quodq; de terra sustentatur, pascitur at-
que vestitur ex Dei creatione, quodq; gustat, vi-
det, audit, tangit, & odorať terrena, in quibus o-
mnibus multum certe propinqua est anima ter-
ræ. Attamen ex altera parte cœlo vicinior est:
Deus nanque animam inhabitans, ipsam viue-
re facit, qui est cœlum voluptatis & cœlum cœ-
li, in quo omnes cœli (vt ita dicā) calantur, omnes

Q spi-

MARGARITÆ EVANG.

spiritus vniuntur & absorbentur, ipsumque in sua
 ipsorum intima essentia contemplantur & per-
 fruuntur. Et in hoc cœlo anima æternaliter con-
 templabitur Deum suum, in quo nunc habitat,
 cū quo vniū effecta est, ex q̄ emanauit & deifica
 est, & in quē refluit & spiritus cœlestis est & sen-
 tit, cogitat & intelligit vna cū angelis cœlestia,
 & videt, audit, odoratur, gustat & tangit æterna
 atque diuina. Et in hoc anima cœlo quam terrę vi-
 cinior est. ¶ Et cum Christi humanitatem indu-
 it, inter cœlum & terram, inter diuinitatē & hu-
 manitatem consistit. Et si tota cœlestis esse volu-
 erit, terrenam habitationem suā in Christi huma-
 nitate abscondere debet: sicque in ea nihil erit, nisi
 Deus homo, & ipsa nusquam in Deo habitabit. Sed
 nemo istud regnum cœlorum istumque thesaurum
 in sese inuenire, sentire atque aperire potest, nisi per
 clauem David, quæ est Christus Iesus filius Da-
 uid. Nec potest quis ad istud cœlum perungere,
 nisi per Christum ascendere satagat & intrare.
 Quo facto, sine dubio thesaurum hunc, istudque re-
 gnum cœlorum inueniet. Clavis siquidem ista con-
 cta arcana referat, et quod ipsa aperit, nemo clau-
 dit, & quod claudit, nemo aperit. Quapropter in-
 giter hanc clauem penes nos circumferamus, &
 scrinio cordis nostri includamus, vt & nos vicis-
 sim ab ipso introduci, et in ipsius includi heredi-
 tate mereamur. Et istud est fundamentum atque
 sera omnium monasteriorum reclusoriorumque.

Qualiter tribus prædictis scalis ascendere
 debeamus per nouem gradus in tripli-
 ci vita.

Cap. XXI.

Tribus

LIBER II.

Tribus itaque prædictis scalis ad triplicem vitam ascendimus, actiuam videlicet, spirituale ac superessentialem: & quælibet habet in se tres gradus. Quidam namque actiuam vitam ducunt, sed vel ex timore, vt serui, vel spe lucri, vt mercenarij, non autem ex amore, nec cum virtutum discretionem. Quidam etiam in vita quidam spirituali constituti sunt, sed iram atque animositates suas uincere ac miti patientia superare, et seipsum, & ea quæ mundus amat continere nequeunt. Quidam denique vitam cõtemplatiuam superessentialẽ ducunt, sed infructuosi sunt, quia nimirum omnis eorum cõtemplatio in intellectu, in formis atque similitudinibus, & non in essentiali nuditate, & simplici quiete versatur.

¶ Proinde si proficere cupimus in hac triplici vita, & nouem his gradibus, qui in Christo Iesu perfecte existunt, per scalam nostram Christum Iesum (per quem & perficimur in ipsos nouem choros angelorum, quibus hæc scala vndique est vallata) ascendere debemus. Etenim quamlibet scalam tres angelorum chori circumstant, qui homini auxilium præstant, eique fideliter assistunt, quatenus ascendere in nouem virtutum gradibus, atque denuo nasci, vtque eius natiuitas renouari, & a generatione in generationem multiplicari, id est, vt ipse de vno choro in alium ascendere possit. Siquidem in vnoquoque choro per quem ascendit, eius generatio multiplicatur, & progenies ampliatur, & procedit a progenie in progeniem, & a generatione in generationem. Porro, quam negligentes in isto sint homines, ipse dominus querulando insinuat, dicens: Quia filij huius seculi prou-

Q ij denti-

MARGARITAE EVANG.

dentiores, in sua videlicet negotiatione, filij
lucis in generatione sua sunt. Abijciamus ergo
omnia impedimenta, & per scalam hanc no-
uem graduum ascendamus vsque ad regnum &
patriam nostram, ad quam creati, conditi & fa-
cti sumus.

De primo gradu huius scale, qui est timor
domini. Cap. XXII.

Primus autem in hac scala gradus siue sca-
laris, est timor domini, qui initium est salu-
tis nostræ. Qui enim timet Deum, nihil ne-
gligit. Quicumq; ergo Deum timet & eius mada-
ta custodiunt, hi ad primū gradum primūq; cho-
rum angelorum ascēdunt: & hoc per considerati-
onem dñi nostri Iesu Christi, qui caput nostrum
est, cuiusq; mēbra nos sumus, quem (si abscindi
nolumus, & perpetua velimus incēdia euadere)
sequi nos oportet, & cum ipso ascēdere, attendē-
do qualiter ipse semper cum filiali timore ac re-
uerētia cœlestem patrem suum reuerbatur, eiq;
obediens et subditus erat, paratus implere, quic-
quid iussus fuerat. Quanto magis ergo nos mise-
ri timere, eique per omnia obedire debemus?

¶ Quā ergo periculose agitur cum illis, qui De-
um nō meruūt? Quātus eos tremor, quāta angu-
stia inuadet in mortis articulo, q̄ forte adest iam
præ foribus, cū iudiciū illud graue eis superueni-
et, in quo nulla excusatiōis velamina p̄ndere
poterunt? Etenim qui Deum filialiter timent, in
primum angelorum chorum recipiuntur: & non
solum in morte ipsorum, sed ex hoc iā nunc præ-
paratus est ibi locus eorū, quandiu in hoc gradu
& in timore domini absq; mortali peccato per-
sistē-

LIBER II.

riterint: & omnes angeli de sui augmentatione
lætantur assistuntque illis, ne quo modo ex-
tra hunc gradum corruant: imo & cœlestis pa-
ter gaudet ouem perditam suo gregi restitutam:
filius suum preciosum sanguinem fructificare,
spiritus sanctus suum amorem impleri, summa
ac beata Trinitas suam imaginem reformari, in
qua faciem suam Deus cōtueri ac illuminare, &
sempiternum verbum radiare possit.

De secundo gradu, qui est amor Dei.

Cap. XXIII.

Secundus gradus, est amor Dei. Nam qui ex
amore Deo seruiunt, eiusque cōsilia sequun-
tur, hi ad secundum archangelorum videli-
cet chorum perducuntur, idque per scalam Chri-
stum Iesum, qui omnia nostrę redemptionis ope-
ra ex amore peregit. Et per hoc in operibus suis
cum ipso vniūtur, et in archangelorum numero
cōputantur, inter quos quilibet eorū maius gau-
dium habebit, q̄ omnes angeli de primo choro
habeant. Custodiunt autem archangeli homines
istos valde sollicitè, ne quo modo extra Dei cor-
ruant dilectionem.

De tertio gradu, qui est discretio virtu-
tum.

Cap. XXIII.

Tertius gradus, per quem in virtutum gra-
dum conscenditur, est hic, vt non solū ex
timore vel amore bonum quis operetur,
sed vt etiam cum discretione bonis actibus &
virtutum operibus insistat, vtque discretū, ordi-
natū et rationabile sit obsequiū eius, & vt vitia,
non naturam opprimat vel occidat, vtque non

Q̄ iij̄ carni,

MARGARITAE EVANG.

carni, sed spiritui seruiat, Deoque obediat, & operetur, non secundum suum propositū siue proprium captum, sed iuxta illuminationem diuinę admonitionis, & eius humanitatis opera. Et in hoc homo per Christi humanitatem, qui in omnibus operibus suis discretissimus erat, rite primam scalam ascendit, atque in virtutum chorę suscipitur, et ab omnibus trium ordinū siue chorę primę hierarchię angelis, quibus scala nostra Christus dñs vndiq; est circūdatus, in timore, amore & virtutū discretionē custoditur. Deniq; hic inferior homo per tres gradus in actiua vita ascendit, vñ iam effectus cū humanitate Christi, per qđ omnia opera eius in actiua vita perficiuntur.

Qualiter ab actiua vita proficiendum sit ad vitam spiritualem. Cap. XXV.

IA M vero adhuc vltterius ascendendum est, in vitam videlicet spiritualem, idque per alteram scalam, quę est anima Christi. Qui enim non proficit, retrocedere necesse habet. Sane qui in bonitate quotidie non crescit, etiam pane quo vescitur, indignus est. Non ergo cessemus proficere, quousque ad supremum virtutis gradum perueniamus: & imitando sponsum nostrum, ad supremum vsque angelorum chorū peringamus, vbi summum atque precipuum bonū absq; intermissione in intimam spiritus abyssum intrat atque lucet. Non enim prius anima quiescere potest. Ibi duntaxat verum est gaudium spiritus, animę pax, & quies cordis. Et sane multa sunt, quę nobis in hoc auxilium præstant. Et tenim pater nos trahit, filius illustrat & instruit, spiritus sanctus dotat & regit, sancta Trinitas ample

LIBER II.

amplexatur, essentialis vnitas introducit, omnes sancti pro nobis exorant, angeli ministrant, & omni tempore nobis assistunt.

De quarto gradu, qui est humilis patientia. Cap. XXVI.

Quartus gradus, per quem in primum vite spiritualis gradum & quartum angelorum chorum, Potestatem videlicet ascenditur, est humilis patientia in omni aduersitate: quæ patientia in aduersis non turbatur in irascibili in sinistro latere constituta, a qua parte tot homini in hunc gradum ascendere volenti subtiles aduersitates occurrunt & accedunt, vt vix credi possit: idque studio & opera diaboli, non vnus tantum, sed omnium qui extra ordinem Potestatum ceciderunt: qui nimirum inuident homini locum illum, extra quem ipsi corruerunt, & multo in ipsum odio debacchantes, multas aduersus eum miras & graues commouent aduersitates. Quicquid autem per seipsos facere nequeunt, hoc per homines efficere conantur, eos præsertim, qui ad inuidiam, iram & odium sunt propensiores: per quos tales sæpe turbationes excitant, vt nesciat homo ille bonus, quo se vertere debeat. Sed in hoc nemo desijci animo debet. Siquidem immensus inde animæ fructus eueniet, si modo in omni aduersitate sua in Deum confugiens, & seipsum comprimens, in interiori illa cruce se distendi permiserint: cum gaudio ferens omnem sui contemptum atque despectionem, sicque dicat: O pie Iesu, si tu Deus maiestatis propter me tanta sustinere,

Q. iij & non

MARGARITAE EVANG.

& non nisi per crucem huiuscemodi introire in regnum tuum voluisti: quanto magis me vermiculum aliquid pati, sed sub omnium pedibus conculcari æquum est: Non enim est seruus maior domino suo. Quamobrem o dñe Deus meus crucifige, distende & occide in me, quicquid mīdus amat in me, & tua passiōe diluas, quicquid ego sustinere merui (satis em̄ superq̄ tu pro me satisfacisti) vt sic innocēs tecū pati valeam: desque mihi Deus meus, vt omnes aduersarios meos mansuetudine vincam, & ne vincar a malo, sed vincam in bono malum, eosque omnes qui me psequunt̄, et pro eis orare nullatenus cessem. Ista humilis paciētia fundamentum est vitæ spiritalis, per quam omnes inimici superantur. Et qui tales sunt, illi in quartum angelorū ordinem, Potestatū videlicet admittuntur per Christū lesū dominū nostrum, qui omnes aduersarios suos humili paciētia superabat. Gaudentque angeli ordinis huius de suæ augmento societatis, et homines huiusmodi in pace custodiunt, spiritus malignos, ne eis nocere valeāt, coercendo. Et hic plus habebunt gaudiū homines illi in Deo, quā omnes angeli ordinum inferiorum.

De quinto gradu, qui est contemptus seculi.
li. Cap. XXVII.

Quintū gradū per quem in chorū quintū, Principatuū videlicet ascendit, illi tenēt, q̄ mundū atque seip̄os contemnentes in Dei sese desiderīū trāsfundunt, & vim suam concupiscibilem mundā seruant, in nullo suā delectationem aut voluptatem sectantes, vel regrentes, nequit

LIBER II.

neq; hic neq; in futuro: quatenus omnipotēs Deus solus in eis gaudium ac delectationē pro suo voto habere possit, cuius etiam solummodo in omnibus honorem ac gloriam quærunr, cunctis que ea intentione & in eum finem, ad quem ipse ordinavit, pro suo amore vtuntur. Isti sunt fertile granum frumenti, qui in terram, id est, in Christum ceciderunt, & mūdo in seipsis mortui multos viuos atq; cœlestes proferunt fructus: ideoq; in Principatū ordinem admittuntur per Christum Iesum, qui suam in terris delectationem nō sequebatur, neq; honorem vllum affectabat hic vel in futuro, sed tota intētiōe cœlestis patris sui gloriam & honorem quærebat, & omnem istorum hominum cupiditatem morte sua acerbissimā deuicuit. Ipse est etiam fœcundum illud granum frumenti, vnde omnia pascuntur, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Deniq; huius ordinis angeli mundo principantur, & sublimiores regunt potestates. Ideoq; diligenter cauent ne homines isti vel a mundo, vel a seipsis superentur. Et hic plus gaudiij obtinebunt homines isti, quam omnes alij angeli, de quibus est antea dictum.

De sexto gradu, qui est patiēs introuersio, siue internitas. Cap. XXVIII.

Sextum gradum, per quem in sextum angelorum chorum, Dominationū videlicet, ascenditur, illi tenent, qui patiēti corde ac introuersione Deo seruiunt, & a veritatis irradiatione in omni loco, & qualibet actione sua introducuntur. Et hi valde despiciuntur & persecutiones magnas patiuntur, ab his etiam, qui vidē

Q v tur

tur esse boni, quiq; in exteriori sanctitate & magna virtutum apparentia positi sunt, per quae multum molesti & onerosi fiunt hominibus istis, dum eos volunt suos modos & actualitatem sectari: quod fieri minime potest. Ipsa nanque aeterna veritas per semetipsam eos introducit, & ab ipsa aguntur. Sed hoc illi non intelligunt: quippe qui nec introitum, nec vias istorum nouerunt. Et ideo Christus confitebatur patri suo coelesti, quod absconderit haec a sapientibus & prudentibus, & reuelarit ea paruulis. Sane omnis sanctitas, quae alteri onerosa est, vera non est sanctitas, nec omnes virtutes spiritum locuplerant. Quia videlicet qui proprio labore virtutes operantur, & cum proprietate eas possident in apparentia sanctitatis, hi a diuitijs Dei non locupletantur: quia nec a spiritu Dei aguntur. Qui vero per veritatem in profundissimam aeternae essentiae introducti, ibidem penes Deum supra omnem virtutum indigentiam morantur, ubi ipse virtutes essentiales efficiuntur, hi mirum in spiritu ditantur. Etenim diuitiae Dei sunt haec, quod spiritus noster a suo spiritu sic ditatur & agitur. Cum enim sit ipse Deus omne bonum & omnis virtus, ideo quando spiritum resignatum & pauperem inuenit, ipsum in se trahit, faciens eum esse potest gratiam, quod est ipse per naturam. Et hic cuncta hominis opera annihilantur, & ipse in suam originem, hoc est, ad omne bonum, ad quod factus est, redit. Et quauis istiusmodi homines praeter omnem quietatem forinsecus persecutiones & oppressiones patiantur, intus tamen ita consolantur ac subleuantur, ut cuncta aduersa cum gaudio spiritus, pacis animae & cordis quiete, sicut melius possunt, sustineant. Et quia in inferiori sui parte semper mo-

biles

biles & passibiles remanēt, ideo ex humana fra-
 gilitate in aliquos interdum defectus labuntur,
 quos tamen continuo in dñi sui passione diluere
 festinās. ¶ Porro, intus in anima sua graue pōdus
 magnæ tristitiæ & doloris sustinent, & ex parte
 sentiunt in seipsis, quod & in Christo Iesu. Quia
 enim a veritate sunt illuminati, ideo bene vi-
 dent, qualiter regnum Dei & via veritatis (quæ
 in anima consistunt) nimium obfuscata et inco-
 gnita sunt, idque non solum in secularibus at-
 que cōmunibus, sed & in religiosis atque doctis
 hominibus: qui cū viam veritatis alijs mōstrare
 & pandere teneantur, ipsi extra eandem secesse-
 runt, & naturali rationi suæ inhærentes, literam,
 non spiritū proferūt, & magis secundū carnem,
 q̄ secundū spiritū viuere cōprobātur. Vidēt in-
 super hoīes illi, q̄ grauit̄ hoīes pene vniuersi
 irretiti, & suæ sint naturæ colligati, ob quod tan-
 tum in eis potestatis habet inimicus, eosq; in sug-
 pertrahens cōsensum voluntatis, per falsam quā-
 dam apparentiam secum captiuos abducit. Est
 namq; hæc oīm origo vitiorū, q̄ suæ quisq; natu-
 ræ & voluntati viuit. Et ex horum cōsideratio-
 ne tantum in anima sua homines illi doloris pō-
 dus sustinent, vt natura ipsorum hoc nullatenus
 ferre possit. Etenim si in corpore pœnā illam su-
 stinerent, fieri non posset, quin vel millecies eos
 corda ex proximi cōpassione rumperentur. Inte-
 rim tamen gaudiū spiritus in nullo minoratur.
 Qui si per amorē diuinū in lucem veritatis intra-
 cti non essent, ista minime cognoscerent, & ideo
 nec tū dolorē pariter et amorem erga proximos
 quosq; sentirent. ¶ Deniq; hoīes isti Deo multū
 sunt amabiles et accepti, eo q̄ a spū Dei ducunt,
 & in

& in Dominationū ordinem recipiunt per Christum Iesum dominum nostrum, qui per patientiam omnes persecutiones supra omnem æquitatem & rationem sibi illatas, & sinistras omnium operum suorum interpretationes sufferebat, & pro crucifixoribus suis exorabat. Porro, Diano-
 num spiritus deuotissimi sunt pro nobis intercessores, & diuinitatis abyssum ad misericordiam emanare faciunt, habentque commissionem ad dominationem super omnes prædictos choros, & super spirituales prælatos, & super omnes illos, qui a diuino spiritu ducuntur: quibus etiã patientem introuersionem & illuminatam discretionem ad edocendum alios hanc veritatis viam obtinent impetrantque. ¶ Et hic primo ascendit homo in vitam spirituales, quæ in tribus gradibus in anima exercetur, videlicet per humilitatem, suipsius & mundi contemptum, & patientem introuersionem. Et hic homo altera supernorum spirituum hierarchia circūdatur, cuiusque eum angeli custodiunt, ne deorsum ruat. Nihil enim eorum vigilantia custodiretur, sine cessatione deorsum laberetur, tam per impatientiam, quam aduersitatum molestiam, & a malis & a bonis hominibus sibi irrogatam. Maxime perire enim cauere sibi debent in hoc gradu constituti, ne ab impatientia superentur, & semper fixi atque immobiles lapidi Christo innitantur, & viriliter ad secundam scalam, ipsam videlicet Christi animam, per quam ascenderunt, sese tenent: iugiterque ab intra gratiæ cœlestis auxiliium inuocent, dicendo: O cœlestis pater, confecta & traheme. O fili Dei æterna veritas, per hanc scalam & circumplectere me, & ab omni malo, quod me
 me
 qu
 no
 ter
 do
 bi
 pe
 lu
 qu
 su
 Id
 ru
 se
 am
 cit
 &
 fin
 ue
 dia
 tia
 in
 m

LIBER II.

me a re possit auertere, tuere me. O spiritus sancte Deus, rege me, & diuina presentia tua cuncta interiora mea adimple.

De septimo gradu, qui est resignatio voluntatis, per quem e vita spiritali transferatur ad vitam deiformem. Cap. XXIX.

IAM vero adhuc ulterius ascendendum est in deiformem ac superessentialem vitam: idque per tertiam scalam, Christi videlicet spiritum, per quem in fundum veritatis peruenitur, per quem etiam in septimum gradum, & in ordinem thronorum, & in primū vitæ superessentialis gradum conscenditur. Quo nimirum perueniunt hi, qui suam voluntatem in Dei acceptissimum beneplacitū resignantes, se ipsos nō fictē, sed in veritate in omnibus funditus abnegarūt, & non solum voluntatem habent Dei beneplacitū exequēdi, sed etiam omnem voluntatē suam cum omnibus viribus suis, & cum omni esse & posse suo in diuinam abyssum immerferunt, vt ipse suam in eis perficiat voluntatem. Ideoq; fortissimus atque regalis thronus effecti sunt, in quo Deus ipse inhabitat, & immobiliter quiescit, in quo seipsum laudat, sedetq; in eo velut rex in solio suo, cunctaq; in eo opera sua operatur, in intimo videlicet fundo, in quo immobiliter inhabitat atq; moratur: in quo etiam fundo tanta pax est atq; libertas, vt nullis siue prosperis, siue aduersis moueatur. Nemo enim præter solum Deum, in ipso habitantem ac operantem, hunc fundum mouere, nec quisquam omnino alius, siue angelus, siue sanctus, siue creatura quælibet, siue ipse etiam homo in hunc fundum intrare

MARGARITAE EVANG.

Intrare potest. ¶ Et quidem hæc omnia in fun-
do nostro latent, quæ si sentire velimus, & no-
bis fructuosa esse debeant, ita recollecti, ac in
Deum immersi esse debemus, sicque nosiplos
funditus abnegare, vt nihil viuat in nobis præ-
ter Dei voluntatem, vt sic ipse sine ylla con-
tradictione cuncta interiora nostra regere possit
(quemadmodum rex aliquis regit regnum su-
um) & omni familiæ nostræ pro suo seruitio et
reuerentiâ imperare. Sic enim fundus iste, in
quo Deus ipse velut in throno suo moratur, In-
cer. Enimuero, quicumque tales sunt, vt iam
dictum est, illi Deo chariores mille alijs ex-
stunt, qui non ab eius voluntate aguntur, sed
per seipsos cum eius voluntate operantur, &
ideo creaturæ permanent in suis operibus defici-
entes. Qui vero seipsos Deo resignant, vt ipse
met suum in eis opus perficiat, illi deiformes &
Deum patientes efficiuntur, in ordinem throno-
rum suscipiendi per Christum Iesum dominum
nostrum, qui tam perfecte omnem voluntatem
suam in cœlestis patris sui beneplacitum trans-
fuderat, quasi nullam vnquam voluntatem ha-
buisset, semperque dicebat: Pater, non sicut
ego volo, sed sicut tu vis. Custodiunt autem in
beatissimi throni homines istos in deifica pace
& cauent ne ad inferiora inclinentur, & de
numeri augmentatione latantur, Habentque
hic homines isti plus in Deo gaudij, quam cre-
nes spiritus ordinum inferiorum.

De octauo gradu, qui est simplicitas intel-
lectus. Cap. XXX
Octa-

LIBER II.

Octauum gradum, per quē in octauū Che-
 rubin ordinē ascenditur, illi tenent, q̄ sei-
 p̄s ab omni intellectu denudarūt, & abs-
 que imaginatione contemplantur, quiq̄ ad suū
 naturale lumē conuersi, in primū fundum suū in
 diuinam caliginē secesserunt, in quo fundo lux
 increata sine cessatione irradiat, & eadem diui-
 na lux ex abyſſo procedens, seipsam perlucida
 claritate dilatat, & spiritum atq̄ animam cū o-
 mnibus viribus eius illustrat, & radios suos in
 terram cordis dirigens, ipsum feruidum reddit,
 atque fecundum. Et hinc vires lucent & ardent
 instar stellarum cœli, & in isto anima simplifica-
 tur & exornatur, & lumine gloriæ vestitur: ima-
 go sanctissimæ Trinitatis (in qua speculū
 eiusdem semper venerandæ Trinitatis clarissi-
 me lucet) denuo clarificatur: animę facies Deum
 sine medio simpliciter contemplari idonea effici-
 tur: simplex animæ oculus semper apertus exi-
 stens, diuinitatis abyſſum sereno atque iucun-
 do intuitu absque propriæ nihilitatis cōsidera-
 tione contempletur. Et quamuis intellectus cre-
 atus, aliæque vires ex hoc simplici atque diui-
 no fundo, tanquam ex sua origine promanent
 ac profluant, & ab increata luce simul colle-
 ctæ seruentur & transformentur, nequaquam
 tamen in eum pertingere vel peruenire possunt.
¶ Quisquis autē huc pertingere voluerit, eum,
 quicquid habet, intellectum videlicet, desiderium,
 voluntatē & opera sua impēdere, seq̄ corā diui-
 na abyſſo captiuū prosternere, & in suā immer-
 gere nihilitatē, Deūq̄ in paupertatis solitudinē
 sequi oportet: & tūc ei fundus iste aperit. Notan-
 dum vero, q̄ sunt nonnulli, qui in hunc fundum
 intro-

MARGARITAE EVANG.

Introducti & viam hanc edocti sunt, qui tamen a creata luce subtiliter hinc educuntur, eo quod intellectus eorum multum habet intellectualis obiecti per modum scripturarum, per quas inordinate ab unitate in multipliciter euocatur et abducitur. Et tunc eis fundus iste occultatur, & occluditur, & ipsi pauperes ac desolati efficiuntur. Ideoque verus Dei amator summo opere cauere debet, ne creati luminis argumentationibus respondeat, magis autem increata lucem sequatur, & unico vni (in quo omne bonum & vita consistit aeterna) respondere curet. Denique homines illi in hoc gradu constituti, tam in suo fundo sunt copiose illustrati, ut per eorum deformem lumen, quo per aeternam sapientiam sunt clarificati, cuncta eis irradiet, suscipiunturque in octauum Cherubicum chorum per Christum Iesum dominum nostrum, qui lumen increatum clarissime contuebatur, & hanc viam aptissime docebat, cum diceret: Ego sum via, veritas & vita. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Qui per me ambulat, non errabit. Qui mihi credit, non decipietur. Qui mihi adheret, vna mecum lux efficietur. Custodiunt autem beatissimi Cherubin homines istos in simplicitate, obtinentque eis meritis ac precibus suis claram Dei & superiorum cognitionem, diuinam sapientiam, et veram discretionem, tam erga se, quam circa quolibet alios: habebuntque hic isti plus gaudij, quam omnes alij infra constituti.

De nono gradu, qui est simplicitas cogitationum. Cap. XXXI.

Nonum gradum, per quem in eiusdem numeri Seraphicum ordinem ascenditur, illi tenent,

LIBER II.

tenent, qui suas in Deo cogitationes stabiliunt,
 & cū intimis cogitationibus suis adeo in Deum
 sunt immerfi & absorpti, vt spiritus eorū iugi-
 ter inclinet & aspiciat in suam originem, mane-
 atq; continue apud Deum in ipsius præsentia,
 vbi semper æternitati respondet, & in suo prin-
 cipio moratur. Hic prorsus nihil est, nisi simpli-
 citas & vnio diuina, vbi cogitatio cum beatissi-
 mis Seraphin ardet & flammescit ignito amo-
 re, memoria ab omnibus phantasijis & inferiori-
 bus rebus libera, exoccupata & quieta existit,
 vt cogitatio simplex est, & in puram illam lu-
 cem subleuata. Et hic loquitur animæ Deus: E-
 go ostendam tibi omne bonum, hoc est, meip-
 sum, daboque tibi quandam mei cognitionem.
 Cum em̄ amorosissimo liberalissimoque cœle-
 sti patri cū spiritus immanione inhæremus, tūc
 ipse lucem quandam incomprehensibilis clari-
 tatis in intimum nudæ animæ a se descendere
 facit: quæ lux est lucidum quoddam medium in-
 ter Deum, & amantem spiritum. Simplex vero
 & munda cogitatio, est viuum quoddam specu-
 lum sine macula, in quod lux ista sine reuerbera-
 tione irradiat, exigens a nobis similitudinem, et
 cum Deo vnionem. Et hic plenitudo gratiæ in-
 essentialē spiritus vnitatē effunditur, per quam
 superessentialis, spiritualis & actiua vita exor-
 natur ac nobilitatur, facitque hominem in om-
 ni gratia aptum, vnumque cum Deo. Et in isto
 possidet homo supernaturalem quandam spiri-
 tus vnitatem, velut proprium habitaculum su-
 um, quæ vnitas sese inclinat in diuinam essenti-
 am, vsque ad supremam illam vnitatem, in qua
 pater, filius & spiritus sanctus vnum sunt in di-
 uinæ

R uinæ

MARGARITAE EVANG.

diuinae essentiae simplicitate, in ista videlicet oc-
 culta vnitate, in qua insuper anima semper re-
 nouatur, in diuina generatione, in quodam
 (Nunc) sempiterno, & diuinum verbum in ani-
 ma continue profertur, quae etiam cum Dei fi-
 lio generatur, in quo omnes diuitiae, deliciae,
 cognitio Dei, & quicquid delectabile esse po-
 test, sine modo possidetur in ista incomprehen-
 sibili habitatione, quae est arx firmissime conclu-
 sa, in qua Deus ipse inhabitat. ¶ Et hic coele-
 stis pater supra modum cum istiusmodi homi-
 ne laetatur, per amorem illum, quo vnicum fi-
 lium suum diligebat, loquiturque in animam
 ipsius: Filius meus es tu, ego hodie genui te.
 Hoc est, nunc & in perpetuum filius meus me-
 cumque eris. Et ego lumen vultus mei super te
 illustrabo, & verbum meum sempiternum in
 te generabo, teque circumplectens vniam in a-
 more meo, vt quemadmodum nos tres vni in
 diuina essentia sumus, sic & tu habites in me,
 & ego in te in intimo spiritus tui, illicque cum
 diuina natura mea habitabo in humana natura
 tua, & transformabo te in claritatem meam,
 eroque tecum & ambulabo, quia filius meus di-
 lectus es tu, in quo mihi bene complacui. Et
 alij te audient & sequentur. Et ego, inquit fili-
 us, meam in te natiuitatem, vitam, passionem,
 mortem & resurrectionem inuocabo, & me ip-
 sum tam tibi, quam alijs omnibus tecum in
 vitae tuae conformitate, in spiritus vnitae exi-
 stentibus manifestabo, faciamque vos omnes
 gaudere in iucunda resurrectione & nouitate vi-
 ta. Propterea siquidem vita mea doloribus ple-
 na fuit, quatenus vita vestra gaudio abundaret.

Verum

LIBER II

Veruntamen, in mundo pressuram habebitis, in me vero gaudium. Manete ergo in me, & tale solatium & pacem habebitis, quæ nemo tollet a vobis: gaudium in spiritu, pacem in anima, & delectationem in corpore: per quæ gaudio spiritui sanctissimæ animæ & purissimo ac patientissimo corpori meo conformabimini.

¶ Veruntamen licet homines istiusmodi tantis abundant gaudijs, tamque vniti sint Deo, nō tamen magnarum sunt passionum expertes: quippe quorum tanto est pœna acerbior, quanto cognitio & amor sublimior. Crucem autem istam in anima sua ex proximorum compassione præ amore portant. Et quāto gaudium & amor Dei in ipsorum spiritu magis abundant, tanto etiam dolor in anima & ex amore erga oēs homines compassio in corde maiores sunt. Habent itaque semper gaudiosum ac eleuatū spiritum, animam amore crucifixam, cor compassione repletum, & corpus puritate ac patientia decoratum: & in hoc Christum dominum ac redemptorem suum imitantur. Ideoq; in supremum Seraphicorum spirituum ordinem admittuntur, per Christum Iesum dominum nostrum, qui perfecte vnitus in cogitationibus, mente subleuatus & amore erat æstuans, tam erga patrem suum, quam homines vniuersos. Custodiunt aut bea-
tissimi spiritus isti homines huiusmodi in puritate cogitationum, & spiritus libertate, obtinent que eis amorem diuinum, faciuntq; eos Dei & proximi charitate flagrare. Et hic plus gaudiij habebunt isti, quam omnes alij ordinum inferiorum.

R ij Qua

MARGARITAE EVANG.

Qualiter homines isti nouem angelorum
ordinibus circundantur, & in diuinam
libertatem introducuntur.

Cap. XXXII.

DEnique in hoc iam gradu perfecte ascen-
derunt homines illi supradicti per tertiam
scalam, Christi videlicet spiritum in
vitam superessentialem, per quam Deo simillimi
efficiuntur, et a tertia vndique angelorum hierarchia
circundantur. Etenim primae hierarchiae
spiritus, corpus in vita actiua custodiunt in triplici
gradu, in timore videlicet, amore & dilectione: idque
per vitam & passionem Christi. Secundae hierarchiae
spiritus, animam in vita spiritali custodiunt: & hoc
similiter in triplici gradu, in humili videlicet patientia,
contemptu sui ipsius, & omnium sensualium rerum, & patienti
introuersione: idque per animam Christi. Tertiae
hierarchiae, spiritus in vita superessentiali ac deiformi
custodit, aequae in tribus gradibus, in diuina
videlicet vnione, clara cognitione, & charitatis
feruore: idque per spiritum Christi. Et per
haec intus interior, & exterior homo deiformis
efficitur, & in Christum Iesum transformatur,
circundatus vndique nouem angelorum ordinibus,
qui simul cum ipso ambulant in conspectu
altissimi Dei. Hoc igitur pacto exercere quisque
debet in seipso praefatos hos nouem virtutum
gradus, qui totidem in homine loca habent, in quibus
auxilio sanctorum & angelorum proficere
debet, atque per Christum Iesum ascendere, qui
has easdem virtutes in seipso exercitavit, & per
fectissim-

LIBER II.

fectissime habuit: qui nobis factus est via, per quam ambulemus, & scala, per quam ascendamus, videlicet ad superbeatissimam Trinitatem, et ianua vitæ, per quam ingrediamur: idque per potentiam & auxilium patris, sapientiam filij, amorem & gratiam spiritus sancti, & operationem indiuisæ & supersanctissimæ Trinitatis & essentialis vnitatis. Et sic vnus cum Deo spiritus efficietur.

Qualiter homines isti a Deo dotentur.

Cap. XXXIII.

MUltum profecto amorose homines isti a summo bono, Deo videlicet optimo maximo suscipiuntur, atque in regnum ipsius introducuntur, non tantum in mortis articulo, sed ex hoc iam tempore. Quando enim taliter sibi ipsi mortui sunt, & vita eorum in Christo Iesu abscondita est, solusque in eis Deus viuit, tunc eis in anima regnum cælorum aperitur, & ipsi in spiritus arcana introducuntur, in illud videlicet tertium cælum, in quo se sanctus Paulus fuisse describit, quando Deum essentialiter vidit, & in quo Christus ipse suam continue diuinitatem contemplabatur, & ea in spiritu fruebatur, ambulans in cælis inter angelicos spiritus, quando corpus & anima ipsius in grauissimis erant pœnis distenta in terris. **I**ntelligat hæc bene fidelis lector vt intelligenda sunt. Ideo namque sortiti sumus intellectum, vt per ipsum veritatem cognoscamus intelligamusque. Sciendum itaque est, quod anima est imago Dei & beatissimæ Trinitatis habitatio, in qua Deus continue moratur. Cor vero & corpus temporalia sunt vasa lutea,

R ij tea,

MARGARITAE EVANG.

æta, in quibus anima habitat. Est igitur anima constituta inter tempus & æternitatem, inter Deum & corpus. Secundum supremam sui partem deifica est & cū Deo vnita, secundū inferiorem vero partem humana est, & corpori copulata. Verum itaq; est, vicinius hoc esse animæ, q̄ Deus in ea habitat, ipsamq; viuere facit, & gustare ac intelligere æterna, q̄ ipsa in corpore habeat eiq; vitā ministrat, quam tñ eandē vitā nihilo minus a Deo habet. Vicinior ergo mihi Deus est in me existens, quam corpus me circundans.

¶ O si istud perfecte anima cognosceret, quam hilariter cuncta terrena fastidiret, corpus spiritui subderet, omnia, quæ extra se sunt, contemneret & obliuioni daret, regnumque Dei intra se existens tota intentione inquireret. In hoc regnum Dei gloriosa sese virgo Maria conuerterat, cum a beatissima Trinitate salutata, eligebatur in patris filiam, filij matrem, & sp̄sam spiritus sancti: cum itidem ab angelo salutata verbum æternum in ipsa carnem assumpsit, & in isto continue morabatur, & Deum in fundo animæ suæ adorabat. Huc quoque beatissima Magdalena sese introuerterat, cum ei suprema & optima pars applicabatur. In isto regno, & sancti, & angeli vniuersi Deū essentialiter contemplantur, in quo & ego desidero Deum meum perenniter contueri, & cum ipso æternaliter manere. Denique in isto coelo præfati illi amabiles homines ambulant, Deoque continuo fruuntur, & omnium gratiarum benedictionē percipiunt, & sicut stellæ cœli diuites efficiuntur, eorumq; genimina multiplicantur, tamq; per gratiā fecundi redduntur, vt cœlum impleant fru-

Gualis

LIBER II.

tuosis virtutū operibus, quæ Deus ipse in eis o-
 peratur, sicq; in suis generationibus multiplicā-
 tur, sicut arena, quæ est in littore maris: omnes vñ
 delictet angelorum ordines atq; sanctorum, qui-
 bus in Deo secretissimi sunt, multumq; familia-
 res, quippe qui æqualiter cum eis ex Deo fluxe-
 runt, & ad eius imaginem sunt facti & vniti cū
 ipso in vna voluntate, vno desiderio, & eadem
 intentione. ¶ Efficiuntur insuper adeo in gra-
 tia locupletes, tamque large omnia eorum
 interiora perfluuntur, vt omnes eorum vires, o-
 mnis sanguis, & ossium medulla in diuino a-
 more & vera resignatione totaliter consuman-
 tur & alterētur, recipiuntque nouum quoddam
 nutrimentum & diuinum influxum, atque a
 Deo confortantur, vt ipsius inactionem vale-
 ant sustinere. Vnguntur quoque oleo lætitiæ, &
 accipiunt coronam exultationis, quam nemo ac-
 cipere potest, nisi innocens manibus & mundo
 corde, qui non accepit in vano animam suam,
 sed Deo in veritate adhæret. Tales nimirum a
 lucido diuinitatis splendore sic perlustrantur &
 in spiritu exhilarantur, vt quoddam diuinū dia-
 dema ex animæ capite refulgeat. Et hæc est læ-
 titia illa sempiterna super capita eorum, estque
 specialis quædam aureola, quam nemo accipit,
 nisi qui virginitatem integram seruauerunt.

¶ Hi nanque sequuntur agnum, quocunq; ie-
 rit, id est, in anima sua lumen quoddam æternæ
 sapientiæ perceperunt, viuū videlicet illud ver-
 bum Dei filium, quod cum gaudio sequuntur in
 oibus, ad q̄ ab illa luce diriguntur, eo modo, quo
 Christus eos antecessit, & cātant quasi cāticum
 nouum, quod nemo alius discere potest, id est, oc-

R. iij culte

MARGARITAE EVANG.

culte Deo secreti sunt & nouam gratiam no-
 uamque semper veritatis percipiunt cogniti-
 onem. Et hinc cantant, Deumque laudant in inti-
 mo spūs sui, & ipse Deus semetipsum laudat in
 eis de proprijs donis suis altissimo laudis canti-
 co & voce suauissima summæ exultationis, no-
 uisque hymnis lætitiæ electorum suorum. Co-
 ronanturque ab ipso gloria & honore, & por-
 tant nomen eius in frontibus suis, quod est sa-
 pida sapientia, & odor atque vinctio spiritus &
 vitæ perennis. Sapor autē iste non est ciborum
 aut potuum, sed lætitia & gaudium in spiritu
 sancto, & assecuratio vitæ æternæ. ¶ Hic insu-
 per centuplum illud accipiunt sibi a Deo repro-
 missum, id est, consolationem quandam inter-
 nam, & experientiam, & virtutum perfectio-
 nem cognoscunt: Veramque boni ac mali dis-
 cretionem percipiunt, ita vt neque errare, neque
 seduci possint. Siquidem agnum illum splendi-
 dum sequuntur. An non vere centuplum recepit
 se dicendi sunt, qui a patris virtute trahuntur &
 introducuntur, & spiritu sancto replentur, Chri-
 stum in suo pectore habent, regnum Dei intra
 se portant, & filij adoptiui efficiuntur? An non
 vel millicuplum percipere dicendi sunt isti? Ne-
 que tamen semel tantum hæc eis contingunt, sed
 quoties ad Deum sese in suum intimum fundum
 conuertunt, seque ipsos despiciunt, & alia om-
 nia velut stercorea arbitrantur, toties a Deo in
 arcanum illud sanctum sanctorum intoducun-
 tur vsque ad secretum illum in diuino amore
 amplexum, habitantque in intimis dñi nostri Ie-
 su Christi, nō iam anima eorum in corpore suo,
 sed in corpore Christi. Vnde sanctus ait Ber-
 nardus:

LIBER II.

ardus: Inde martyri tolerantia, quod in Christi vulneribus tota deuotione versatur, & iugi meditatione demoratur in illis. Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum e carne sua circumspicit ebullire cruorē. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis visceribus esset scrutās ea ferum, profecto sentiret, & dolorem non ferret, succumberet & negaret. Eodem modo et isti Deum perfecte amantes homines, stabili cogitatione in intimis Iesu Christi commorantur, per quem vbiq̄ue proteguntur, & in omni aduersitate sua consolantur. Quomodo enim alioqui oēs tribulationes, opprobria, aduersitates & inimicorum tentationes sustinere possent, si a Christo non confortarētur, per quem omnia possunt? & non solum patienter, sed & gaudenter omnes infirmitates & pœnas sustinent, sicut Apostolus ait: Omnia possum in eo, qui me confortat.

Denique, sic vincentibus datur manna absconditum, & calculus candidus in animas eorum, prout spiritus Dei in Apocalypsi testatur: Vincenti (inquiens) seipsum videlicet & omnia atque transcendenti, dabo manna absconditum, id est, interiorem atque occultum quendam saporē, & cœleste gaudium & calculum cādīdum, & in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit, nisi qui accipit. Lapis iste ob suam paruitatem calculus dictus est. Nam etsi pedibus calcetur, calcantem dolore non afficit. Est autem candidus, clarus ac rubicundus instar flammæ i-

R v gnis,

MARGARITAE EVANG.

gnis, parvus, rotundus & æqualis vndiq;. Et per ipsum dñs noster Iesus Christus intelligitur, qui secundum diuinitatem suã est candor lucis æternus, et speculũ sine macula Dei maiestatis, in quo omnia viuunt. Vincenti igitur & omnia trascendenti calculus iste candidus datur, per quem ipse lucidissimam percipit veritatem & vitam. Lapis quoq; iste flammæ ignis assimilatur. Quia mirum ardentissima æterni verbi charitas oẽm terram amore repleuit, omnesq; spiritus amoros dilectionis ardore vsq; ad annihilationẽ eo-
flagrare & consumere desiderat. Insuper lapis iste ob sui paruitatem etiam pede calcatus vix tenuiter sentiri potest, ob quod etiã calculus quasi a calcando dicitur. Eodem modo etiam si pedibus homines isti Deum amantes conculcentur, frangi nequeunt, nec aliquis in eis valet scandalizari. Rotundus quoq; est lapis iste. Quia videlicet rotunditas spiritus est ipsa æterna veritas, quæ principio sineq; caret. Hęc ergo est calculus ille candidus, qui datur hominibus illis qui modo prætactõ in nouem virtutũ gradibus ascenderunt per Christum Iesum dominum nostrum, per quem si saluari velimus, omnes denuo introire necesse habemus.

Quomodo in hac scala ascẽdere & descendere debeamus. Cap. XXXIII.

Postquam ergo eousq;, vt supradictũ est, peruenerit, vbi iam perfecte in triplici illa vita vsque in nonũ virtutũ gradũ eiusdem que numeri chorũ angelicum conscendit, incipit iam reuersus est originẽ per Christũ Iesum dominũ nostrum, q̄ est scala nostra. Scala (inquã) illa per quam vidit Iacob ascendentes & descenden-

LIBER II.

tes angelos, quā omnes tam angeli q̄ sancti eir-
cundant, per quā & nos iugiter ascendere & de-
scendere debemus. Quisquis autem iam ad sum-
mū vsq; peruenit, tota virtute conari debet, vt
ibi fixus permaneat, semperq; in virtutibus pro-
ficiat, & omne deuitet impedimentum. Rursus
autē & descendendū est ei, quatenus vita & ope-
ribus exprimat q̄d in spiritu ipsius actū est: pro-
pter charitatē quoq; fraternā, quatenus ex amo-
re & dilectione proximis suis impartiat hoc,
quod a diuina veritate percipere meruit, eisque
viam demonstrat, quæ sibi per amorem reuelata
est atq; aperta: per quam ipse in suā tendit origi-
nem, ad quam omnes pertrahere velle debet ob
charitatis præceptum, prout scriptū est: Non vī
debitis faciem meā, nisi fratrem vestrum mini-
mū adduxeritis vobiscū. Porro, qui necdū ascen-
dit, studiose per Christū Iesum ascēdere, & in vir-
tutibus proficere conabitur, mūdando se prius
in fonte misericordiæ, et veterē exuēdo tunicam,
vt viriliter possit ascendere, secq; coram crucifixo
prosterne suam considerabit dissimilitudinem,
& domino Deo suo peccatorum suorū multitudi-
nem (quibus sua ei vulnera infixit) ostendet, ea-
demq; perspicuens domino totius misericordiæ
confitebitur corde lachrymabili, anima contri-
ta, & gembundo spiritu coram fonte misericor-
diæ, eo quo sequitur modo:

Deuota oratio, qua indicatur, qualiter sese
quisq; discutere, & sua coram Deo pec-
cata debeat confiteri. Cap. XXXV.

O Fons totius bonitatis, miserere abyf-
sali pelagi meæ iniquitatis, quæ me
ad in-

MARGARITAE EVANG.

ad inferni profunda demergit. Nisi enim tua me
 bonitas conseruasset, infernalis abyssus me pro
 eul dubio iam pridem absorbuisset ob multitudi
 nē iniquitatis meæ et plurima mala opera mea,
 atque corruptissimam intentionem meam, per
 quam in omnibus, non te Deum meum, sed heu
 me ipsum quæsiui in lucris, in commodis, in lau
 dibus humanis, in quibus te solum intendere de
 bui. Sed nec honorem, nec gloriam tuam quæsi
 ui, & tempus meum preciosissimum, in quo tibi
 seruire, & meam proseruire debui salutem, dam
 nabiliter neglexi. Et sic munditiam illam perdi
 di, quæ angelicæ comparatur puritati. Veste quæ
 que primæ puritatis et innocentie priuatus sum,
 qua tamen vestiri nos oportet, si æterna taber
 nacula tua, & perennis gloriæ tuæ aulam possi
 dere velimus. Insuper tam baptismi, quam pro
 fessionis meæ vestem, qua nos denuo vestiri o
 portet, sordauit, animam meam cunctis virtuti
 bus spoliaui, & supergloriosissimæ Trinitatis
 imaginem (in qua tu Deus meus teipsum vniu
 sti) inhonorauit. Peccaui etiã ex infirmitate, quæ
 tuã blasphemauit potentiam, peccaui ex cæcitate,
 quoniam tuam blasphemauit sapientiam, pecca
 ui ex malitia, quoniam tuam blasphemauit bo
 nitatem. Heu sæpe nimis fidem illam fregi, qua
 tibi in baptismo fui desponsatus, quando diabo
 lo & omnibus pompis eius renunciaui, quibus
 iam rursus miserabiliter sum inuolutus. Sed &
 professionis meæ fidem irritã feci. Etenim casti
 tatis votum sæpius per luxuriam fregi, ut pote
 diuersis consentiendo vitiosis concupiscentijs, et
 amorem meū creaturis applicaui, per quod tua
 in me o benedicte Deus meus charitas refriguit,
 qui

LIBER II.

qui es omnium autor creaturarum, plusque desideravi placere seruis tuis, quā tibi dulcissimo spōso meo & domino Deo meo, magisque attendi ad creaturarum pulchritudinem, quam ad te benedictum Deum meum, qui es fons totius pulchritudinis, ex quo ille omnē suum sortitæ sunt decorem ac nobilitatem. Votum quoque spontaneæ paupertatis, nec in spiritu, nec in anima, nec in corpore seruavi, sed varijs sepe sollicitudinibus, & rerum temporalium affectibus implicatus fui, & carnis commoditatibus ac voluptatibus inhaui, & in honorum spiritualiū ac virtutum aggregatione plus ob meum commodū, quam tuum duntaxat amorem desudavi, magisque spiritalia dona tua, delectationes & gratias tuas habere concupiui, quam te Deū meum ex omnibus animæ viribus & toto corde diligere: sicq; me ipsum paupertate illa spiritus, cui cœlestia debentur regna, deprædatus sum. Insuper & obedientiæ votum nec in spiritu, nec in anima, nec in corpore seruavi. Quando enim tu Deus meus in spiritu meo operari desiderabas, sæpius tibi per diuersa a me assumpta exercitia impedimento fui, & frequenter propriam voluntatem meam & opera mea tuis diuinis operibus (quæ in me operari volebas) anteposui, & tibi intra me internam illam spiritus quietem impediuī, & animam meam diuersis simulachris possidendam dedi: per quæ sæpissime tuis inspirationibus diuinis inobediens fuit, teque impediuit, vt in ea nec sedere, nec pro tuo eam amore regere te delectaret. Corpore quoq; meo tibi nec seruitui, nec subditus fui, & superioribus meis instar erinacij inobediens & rebellis fui. Non etiam

MARGARITAE EVANG.

tiam pro virili prodesse studui omnibus homi-
 nibus secularibus & spiritualibus, nec eos hono-
 rari ut templa, in quibus Deus ipse moratur.
 ¶ In omnibus quam negligentissimus fui, ita ut
 vere sim omnium vilissimus, & non nisi cada-
 uer putridum, & pulvis a vento dispersus. Ete-
 nim si quid in me boni est, tuum hoc omnino est
 domine Deus meus, & tamen mihi præsumptu-
 ose ascripti, quando in me & per me aliquid o-
 perari dignatus fuisti, quo tamen sum indignissi-
 mus: in eo quod peius est, ipsam quoque abyssalem
 humilitatem tuam, qua in tam vilissimo habi-
 taculo operari dignatus es, mihi imputavi. Ideo
 quæ non tantum mala innumera perpetravi, sed
 et ipsum bonum quod tu in me operaberis, in ma-
 litiam converti. ¶ Sed utinam o benedictæ De-
 us hæc et his similia peccata nunquam fecissem
 utinam in innocentia persistissem: utinam tibi
 fidem servassem, tibi que in omnibus obedissem,
 & in tua semper præsentia mansissem, tibi que
 per servissem, & cunctis hominibus amore tui,
 (qui es bonum inestimabile) ministrassem. Equi-
 dem me ista opere non complexisse doleo. Scio au-
 tem tam te piissimum existere, ut voluntate bo-
 na tibi satisfacere possim, quodque opere com-
 plere non valeo, bona voluntate ac desiderio per
 tua merita supplere & exolvere queam. Ipse nam-
 que dixisti: Omnis locus quem calcaverit pes ve-
 ster, vester erit. Rogo igitur atque desidero o dul-
 cissime Deus, ut quicquid opere non sum execu-
 tus & exequi non possum, ita acceptare velis,
 quasi illud iuxta supremum beneplacitum tuum
 perfecissem, velisque voluntatem pro opere, &
 fauorem acceptare pro munere, perque amarissimum
 passio-

LIBER II.

passionem tuam ignoscere cunctis iniquitatibus
meis, & quicquid pro eis hic in tempore, & post
modum in æternitate sustinere teneor, benignus
indulgere.

Alia oratio deuotissima pro impetranda ve-
nia, & sui ipsius abnegatione. Ca. XXXVI.

O Amabilissime domine Deus meus, ecce
ego sum reus ille peccator, qui cuncta ti-
bi vulnera tua inflixisti. Et quia cum iniqui-
tatibus meis hic coram te assisto, miserere obse-
cro mei, & oia vulnera tua denuo fac aperiri
coram cœlesti patre tuo, quatenus meam vale-
ant pauperem, deformem ac peccatricem animam
irrigare, nec ea obturari sinas, quoad usque mea &
omnium hominum peccata atque defectus diluas,
& omnes in purgatorio animas consoleris & il-
lustres. Ne quaeso auertas faciem tuam a me
domine Deus meus, sed conuerte ad me abyssum
miseri cordiam tuam, meque respicere di-
gneris oculis illius immensæ misericordiæ tuæ,
quibus beatam Mariam Magdalenam in con-
uiuio, Petrum te negantem in atrio, & latronem
in crucis patibulo respexisti, & dona mihi ve-
ram peccatorum meorum cognitionem contri-
tionemque, & recipe me in paradysum gratiæ
tuæ, lauans me sacrosancto & calido sangui-
ne tuo, & viuificans me sanctissima morte
tua: dimittasque mihi oro & extrahas ex me,
quicquid est falsitatis in fundo meo. Tu ipse
nanque dixisti: Cum exaltatus fuero a terra,
omnia traham ad meipsum. Obsecro er-
go te domine Deus meus, redemptor animæ
meæ,

MARGARITAE EVANG.

mea, trahe me ad teipsum, & munda me ab omnibus occultis meis. O splendidum lumen, illumina tenebras anime mee. O ignis consumens, omnia in me peccata atque defectus consume. Veni & visita infirmam animam meam, munda conscientiam meam, & fac in ea habitationem tuam. ¶ Per sanctissimam natiuitatem tuam munda me & exorna animam meam, quatenus tu in ea valeas nasci, ad quod me condidisti. Per sanctissimam conuersationem tuam fac me mansuetum & humilem corde, quatenus tua ex me vita & opera reluceant. Per sacrosanctam doctrinam & predicationem tuam fac me veracem, & illumina & doce me. O veritas aeterna, ab omni errore, infidelitate & haeresi tuere me. ¶ Per amarissimam passionem tuam fac me vere patientem, & paratum sustinere vicissim pro amore tuo, quicquid me pati volueris, et da mihi gaudere in omni tribulatione mea. Per miserabilem captiuitatem tuam absolue me ab omnibus peccatis meis, & constringe atque confirma me in te, vinculis aeternae charitatis tuae. Per crudelissimam tui tractationem, verbera & impulsiones Iudaeorum, ab omnibus insidijs & laqueis demonum protege me. Per opprobria, confusiones & deformitatem tuam, deformem animam meam factam ad imaginem tuam reformare digneris. Per occultas passionem tuam, munda me ab omnibus occultis meis. Per velationem deificae faciei tuae reuela interiores oculos meos ad cognoscendum veraciter abyssalem malitiam meam, & respice me oculis immensa misericordiae tuae. ¶ Per miserabilem tui de vno iudice ad alium deductionem, animam meam ab omni via erroris

LIBER II.

pie auerte, & custodi me in te, & deduc me in vi-
 am veritatis. Per humile silentium tuum et ama-
 yas irrisiones tuas, fac me mansueto silentio o-
 mnem mei derisionem atq; contemptum perfer-
 re. Per diram & immisericordem flagellatiōem
 tuam & copiosam sacri cruoris tui effusionem,
 mūda & laua leprosam animam meam. Et per
 innumerabilia vulnera tua, sana et transfige cor
 meum iaculo amoris tui. Per ardentissimam cha-
 ritatem tuam & feruidum sanguinem tuum, fri-
 gidum cor meum in amore tuo calefacere, & o-
 mnes vires meas roseo sanguine tuo perfunde-
 re digneris, omniaq; ossa mea & ossium medul-
 lā transradia, & in omni me virtute foecūda. Per
 acutam spineā coronam tuā, quā regali capiti
 tuo imprimebatur, munda me ab omni quinq;
 sensuū meorū abusu, & da mihi arcū omnium
 sensuum meorū custodiam, & fac me eos iugiter
 subtus spineā coronam diuini timoris tui cōpri-
 mere. ¶ Per iniustum & crudele iudiciū, quo tu
 vitæ dominus & omnium autor creaturarū mei
 causa tam innocenter ad mortem condemnaba-
 ris, dimitte mihi omnia peccata, sisque mihi iu-
 dex propitius, et a iudicio aliorum temerario cu-
 stodi me, & da mihi, vt de meipso semper vi-
 liter sentiam, & meipsum coram te iugiter accu-
 sem. Per graue pondus sanctæ crucis tuæ, qua
 oneratus fuisti, & cum qua tam immaniter in ter-
 ram corruisti, libera animā meam ab omni de-
 sectu, & a peccati ruina protege me, & adiuua
 me, vt quæcūq; mihi euenerint, & cruces quas-
 libet tam internas, quam externas, pro tuo amo-
 re libentissime sufferam. Per miserabilem tui de-
 nudationem, & sessionem illam tuam in aspero
 S vento,

MARGARITAE EVANG.

vento, denuda animam meam ab omni creatura
rum amore & affectu, & fac me in illo dura-
xat lapide quiescere, qui tu ipse es domine Deus
meus. **O** amabilissime domine Iesu Christe,
per crudelissimam tui distensionē & ad crucem
conclauationem, me fortiter ad te conclauare di-
gneris vera fide, spe & charitate. Per cruenti cor-
poris tui cum cruce eleuationem, & poenalem
in excavatam petram demissionē, mollifica du-
ritiam cordis mei, & imprime in illud deformē
imaginem tuam. O botre expresse, stringe ani-
mam meam nudis ac cruentis brachijs tuis, &
fac vt te iugiter velut mirrhæ fasciculum inter
vbera mea circumferam. O transuulnerate mi-
les, quomodo obsecro sic mei causa transfigi ex
amore, & sic turpiter deformari voluisti? Quid
retribuam tibi domine, pro omnibus quæ retri-
buisi mihi? En totum spiritum meum offero ti-
bi ad quietem tuam, & animam meam ad amo-
rem tuum, & corpus meū ad exterius seruitium
tuum. O nobilis pellicane, qui pullos tuos nu-
tris de sanguine cordis tui, refice quæso esurien-
tem animam meam, nihil nisi cibum carnis tue
& porum sanguinis tui sumere valentē. O fons
melliflue cœlestium deliciarum, perflue cuncta
interiora mea, sicque me inebria, vt mihi ipsi &
creaturis omnibus mori, tibi vero soli viuere cō-
pellar. O supersplendēs speculum gloriose Tri-
nitatis, in quod omnes tam sancti, q̄ angeli pro-
spicere desiderant, quomodo tam miserabiliter
propter me contemptus es, factum opprobrium
hominum & abiectio plebis? Fac me quæso par-
ticipem huius tam caræ emptionis tuæ, qua me
redemisti, & omne debitum meum pro me tibi-
ipſi

LIBER II.

ipsi exolve, & talem me fac, qualem me in æ-
 ternitate optas habere. ¶ Per illam bonita-
 tem tuam, qua patrem tuum pro inimicis tuis
 exorare voluisti, dimitte mihi, quicquid aduer-
 sus te peccando deliqui, & fac ut & ego ex ani-
 mo ignoscam omni debenti mihi. Per illam mi-
 sericordiam tuam immensam, qua latroni sero
 pœnitenti paradisum promisisti, animam me-
 am in gratiæ tuæ paradisum recipe. Per maxi-
 mam illam tui erga matrem compassiōem, qua
 illam sancto Ioanni commendabas, commendo
 tibi spiritum meum, animam & corpus meum,
 amicos & cognatos meos, bona quæque & ho-
 norem meum. O amantissime pater, per illam
 desolatissimam tui derelictionem, qua a patre fu-
 isti derelictus, ignosce mihi, quod te toties reli-
 qui, nec finas me vnquam abs te fieri alienum.
 Per vehementissimam sitim tuam, & gustum
 aceti felle permixti, da mihi gustare diuinā dul-
 cedinem tuam, cunctaq; terrena verte mihi in a-
 maritudinem, & fac me iugiter te sitire. O fons
 vitæ, per clamorem illum, quo dicebas: Con-
 summatum est, adiuua me, ut acceptissima
 voluntas & beneplacitum tuum pro tua de-
 lectatione ac desiderio in me perficiatur. O
 pater in manus tuas commendo spiritum me-
 um, rogans & obsecrans te Deus meus, vi-
 ta animæ meæ, trahe spiritum meum extra
 me in te, & fac eum conformem gaudio so spiri-
 tui tuo, quatenus in eo tu solus immobiliter qui-
 escas: & abstrahe animam meam ab omnibus
 rerum inferiorum affectionibus, & conforma eam
 sanctissime animæ tuæ, quatenus a te solo moueri,
 possideri ac regi valeat, corpusq; meum ex oibus
 S ij abstra-

MARGARITAE EVANG.

abstrahere defectibus, & ipsum cum omnibus vir-
ribus, sensibus ac membris suis conforma sancti-
ssimo, mundissimo saucioque corpori tuo, vt
tibi totaliter applicari possit, tuque solus in eo
viuas, & per ipsum mouere ac operari possis, si-
cut per sanctissimam humanitatem tuam gradi-
charis, loquebaris & operaberis: vt sic & in ip-
so & per ipsum quodcunque tibi placet, opera-
ri valeas: vtque ego sic extra meipsum in te exi-
te possim, vt nunquam intro reuertar: sicq; intra
te aberrem & per meipsum, vt nunquam vale-
am denuo exire.

Qualiter Deus cum omni gratia sua in ani-
mam venit. Cap. XXXVII.

CVM ergo sic meipsum & omnem meam
paupertatem desero & exeo, tunc tu o
mansuetissime, totus vicissim cum omnibus
diuitijs tuis intras in me in desertam habitatio-
nem animæ meæ, & muros collapsos restauras,
vias dissipatas reparas, ostia atque fenestras con-
cludis, statuens circa ea custodes ac vigiles, fun-
dum animæ purificas, & in spiritu meo tuum sa-
cis cubiculum, quod diuersis virtutum floribus
exornas, fide videlicet, spe & charitate, & octo
beatitudinibus: cingisque illud suprema ange-
lorum hierarchia, Seraphin videlicet, Cherubin
atque Thronis: qui memoriam in puris cogita-
tionibus, intellectum in clara cognitione, & vo-
luntatem in ardenti dilectione conseruant, qua-
tenus tu supremus sponsus in mentis lectulo im-
mobiliter quiescas: qui nimirum lectulus mul-
tum eleganter floribus chorusci luminis splen-
denti-

dentium radiorm diuinitatis est conspersus. Estque cubiculum istud plenum genere optimo suauifragrantium specierum, quæ deorsum in animæ domicilium fluunt, in qua tu rex potentissime commoraris, regens omnem domus huius familiam, tibi que parere faciens: ipsamque domum omnibus sancti spiritus donis adimpleas, & quatuor virtutibus cardinalibus exornas, circundans eam altera hierarchia, Dominatibus videlicet, Principatibus ac Potestatibus, quæ vim rationalem ad feruidas orationes excitant, concupiscibilem ad mundi contemptum instar principis alicuius roborant, & irascibilem cum omni mansuetudine coercent, ac spirituum malignorum virtutem reprimunt: quatenus tu sponsus æternus in pace locum tuum possideas. Qui delicatus tanquam sponsus exinde procedis de thalamo tuo, & ambulas in cordis palatio, exornans illud omni gratia, septem sacramentis, et omni virtute morali: cingensque tabernaculum istud tertia angelorum hierarchia, utpote Virtutibus, archangelis & angelis, qui tuum o rex æternæ habitaculum in vera discretione, diuino amore, pariter & timore conseruant. **Q**uam felix est exitus iste, ubi Deus ipse vicissim intrat. Quid ergo poterit esse mihi salubrius, quam exire meipsum? Plane ergo meipsum ab omni creatura, & etiam extra meipsum auertam, & inter brachia æterni verbi delitescam, ubi nomen meum amittens, in cognitionem & amorem immutor, vnumque cum sponso efficior in fructiua requie ipsius, & in deliciosa conuersatione illius in nihilitate meipsum.

O Deus meus, o vita & inhabitator

S. iij animæ

MARGARITAE EVANG.

animæ meæ, qui cognoscis intimū spiritus mei, occulta animæ meæ, & profunda cordis mei, expelle procul ex his quæ tibi displicent in eis, & reuela fundum animæ meæ, in quo sanctum sanctorum absconditum est, quod tu ipse es dominus Deus meus. Adorna thalamum Sion. Consecra & sanctifica templum animæ meæ, offerasque te ipsum in sanctuario spiritus mei cum omnibus sanctis operibus ac meritis tuis, ad laudem tuam, & gloriam supersanctissimæ Trinitatis, ad lætitiā omnium sanctorum & angelorum, ad consolationem & salutem omnium hominum, & ad liberationem omnium in purgatorio existentium animarum: & benedic domum istā animæ meæ, reple eam cœlesti gratia ac benedictione, & in tuo eam amore & gratia conserva.

Qualiter nouē supradicti virtutū gradus in beatissima virgine Maria perfectissime inueniuntur, & qualiter eam orare debemus. Cap. XXXVIII.

DEnique, nouē hos virtutum gradus dulcissima virgo Maria perfectissime conscendit, et in suæ fundū animæ introuersa, ibidem regnū Dei, vitam æternā & omnem gratiæ plenitudinem inuenit, ipsumque Deū sine medio repperit & adorauit, illicque iugiter in sua origine morabatur, cum angelis conuersationē habēs, & in timore domini perfecta existens. Cū etiam omni reuerentia Deū honorabat atque laudabat: sicque in angelorum erat choro, Cuncta opera sua ex diuinitatis amore patrabat: sicque archangelis permixta erat. Cū discretionē omnes virtutes perfecte

LIBER II.

Altissime operabatur, sicque inter virtutes exte-
 rit. Dulcissima ac tranquillissima in omni ce-
 rat pressura, per quod malignos spiritus vin-
 cens, inter Potestates commorabatur. Seipsam
 & omnia quæ in mundo erant, obliuiscabatur, et
 sic inter Principatus conuersabatur. Constante
 introuersa fuit, & Deum in fundo animæ suæ iu-
 giter adorans, cunctis hominibus gratiam pro-
 merebatur: sicq; inter Dominationes fuit cõuer-
 satio eius. Perfectissime resignata fuit, & in vo-
 luntate cum Deo vnita thronus Dei exitit: sic-
 que inter Thronos commorabatur. A deo illu-
 minata erat, vt Deum cognosceret, & lympidif-
 sime contemplaretur in intimo mentis suæ: sic-
 que inter Cherubin cõuersabatur. Per diuinum
 denique amorem in Deum erat absorpta, & in
 sua ambulans origine, Deū perfectissime in sua-
 met essentia videbat: sicque inter Seraphin fu-
 it conuersatio eius. ¶ Obsecro te dulcissima
 virgo Maria, contere caput serpentis, & spiri-
 tus malignos coerce, vt nec mihi, nec vlli ho-
 minum in hac via nocere, neque nos inderetra-
 here queant, quatenus per tuum exemplum, &
 sanctorum angelorum auxilium, per dilectum
 filium tuum scalā istam, nouem gradibus distin-
 ctam, ascendere, atq; per nouem angelorū ordi-
 nes, vsq; in nobilem illū fundum valeant pene-
 trare: in quo Deus inhabitat, & in quo eū omēs
 tam sancti, quam angeli contemplantur: quate-
 nus per diuinū timorem & amorē, virtutū dis-
 cretionem, humilem patientiā, meipsius & mū-
 di contēptum, patientē introuersionem, vnionē
 ac resignationē voluntatis meæ in bñplacitum
 S iij diuinum,

MARGARITAE EVANG.

diuinum, claram cognitionem, & cogitationes feruidas, in intimo animæ meæ, regnum Dei & diuinam originem valeam inuenire, & inuentam diligentissime custodire. O Maria mater gratiæ, assiste mihi nunc & in omni tempore, potissime autem tunc, quâdo anima separanda est a corpore meo, ne tunc vlllo modo extra hanc salutis & veritatis viam recedat, nec in ignotas tenebrarum semitas per ignorantiam aberret, neque a malignis spiritibus capiatur: sed vt per acerbissimam dilecti filij tui passionem munda conseruetur, & per sanctissima mater ipsius diuina claritate irradietur, & in arcanam illam abyssum (in qua Deus inhabitat) se inclinet, & cum sua essentia in diuinam essentiam, & cum suis viribus in diuinam virtutem, & in verbi sempiterni brachia transeat, euoletque: sicq; ab ipso recipiatur velut a patre filius, a fratre soror, & a sponso sponsa, ad gloriam semper venerandæ Trinitatis.

Repetitio quædam præcedentium, qualiter scilicet Deus in anima habitet, & semper sit habitaturus,

Cap. XXXIX.

Credo proinde te o Deus vitæ meæ, habitare in anima mea: quippe, qui es cœlum deliciarum, in quo omnes cœli cœlantur. Habitas autem in cœlo animæ meæ, in quo & modo te contemplor, & perenniter contemplanor. Siquidem cum conscissus fuerit saccus mortalitatis huius, tunc regnum Dei in anima manifestabitur, & cum defecerit mortalium acies oculorum, tunc interiores oculi reuelantur.

reuelabuntur, ad videndum Deum deorum in
 Sion ineffabili omnium sanctorū & angelorum
 numerositate circumdatum. Hæc porta Sion, est
 nuda animæ essentia, in qua nunc spōso suo exit
 obuiam, & in qua eidem in hora mortis suæ &
 æternaliter obuiam exhibet: in qua etiā intrat ad
 ipsum, & ab ipso suscipitur. Estq; hæc via & cō-
 pendiosa semita illa, per quam ambulant & am-
 bulare debent, qui cum Deo vniti & in Christo
 sunt absconditi. Hæc proinde, o Deus vitæ meæ,
 firmiter credo, & in isto viuere ac mori deside-
 ro: quippe qui a teipso ex libro vitæ testimoniū
 habeo, a quo nec vita nec mors me poterit sepa-
 rare: eritq; mihi istud vel ad gloriam magnam,
 vel ad ineffabilem pœnam. ¶ Siquidē æternum
 hoc mecum fœdus pepigisti, vt si modo mei-
 ipsum & creata omnia contempsero, meq; cum
 omnibus donis tuis reobtulero, in essentialē vni-
 tatem tuam, per quam habitas in abyfso animæ
 meæ, meq; ipsum tibi funditus resignaui ad
 habitandum in me per merita sanctissimæ hu-
 manitatis tuæ, & te sollicitè semper observaue-
 ro, teq; in omnibus, sicut ipse me præcessisti, se-
 quutus fuero, auxilio fretus gratiæ tuæ, sine qua
 nihil præualeo, sit mihi testimoniū tuum ad
 gaudium perenne. Si vero te in me habitantem
 attēdere neglexero, et tibi totis viribus adherere,
 & obedire, ac subditus esse noluerō, tuamq; cru-
 cifixam vitam et passionem in corde circumfer-
 re sequiq; recusauerō, sit mihi testimoniū tu-
 um ad perenne supplicium. Etenim testimoniū
 istud omnibus inest hominibus, sed non omnes
 illud recipiunt, nec sequuntur. Quotquot autem
 recipiunt & sequuntur, omnes Dei filij efficiun-
 tur,

MARGARITAE EVANG.

eur, accipientes vnum illud, ad quod omnes vocati sunt, Deique filij & amici praelecti constituntur, accipientes essentiale praemium illud, quod est ipse Deus. Ad quod vt omnes perungere valeamus, ope gratiae suae nos adiuuando efficitur, qui sine intermissione clamat in animas nostras, desiderio nos eo perducendi.

Qualiter in fundo animae Deo iugiter adherere, & perpetuam quandam essentialem introuersionem obseruare debemus. Cap. XL.

Dictum est iam & multipliciter declaratum, qualiter regnum Dei intra nos sit in anima nostra, & qualiter vnusquisque iustus sit coelum sanctissimae Trinitatis, in quo sese Deus in nobilissima animae portione vniuit, quod nec ingredi quisquam potest, nisi sola duntaxat beata Trinitas, ad cuius imaginem facti sumus: quae & inspirauit ei spiraculum vitae, & infudit ei lumen vultus sui, ipsum videlicet omnipotens verbum suum totius sapientiae fontem. Ideoque in isto animae fundo vitae & salutis origo consistit. Eaimuero in hoc facta est anima a Deo, vt suam agnoscat originem, ea fruatur, eique inhaereat, vtiq; spiritus eius sit thronus altissimi Dei, & animae regnum sedes illius, & corporis tabernaculum habitatio ipsius. Inrorsum ergo conuertamus nos ipsos, & infinitae Dei bonitati adheramus. Ipse namque est origo nostra, ex qua sine medio profluximus, in quo per vnionem permanemus, & extra quem anima nostra secundum intimum illum essentialemq; fundum nunquam recessit. Quod si haec vllam in nobis salutem opera-

LIBER II.

operari, & virtutes intra nos debeant aggregari
 & aggregatae custodiri, libera nobis semper con-
 seruanda est introuersio, ex qua charitas, quae est
 vinculum dilectionis, Deum animamque conne-
 ctens, oritur ac generatur, in qua nimirum ani-
 mae cum Deo vnione Deus gratiae suae lumē in-
 fundit, per quod omnes animae vires mundan-
 tur, & conscientia purificatur. Per hanc introuer-
 sionem suprema pars spiritus in Deum continue
 subleuatur in quoddam internum silentiū & feli-
 cissimam diuinitatis fruitionem, gustatque nobili-
 tatem diuitiarū Dei, extra quae sese anima cum
 omnibus viribus suis deorsum inclinatur sub al-
 tissimum, omnipotentem ac superdignissimum
 Deum, & cum omni reuerentia & honoris exhibi-
 tione sese in profundissimā humilitatē demer-
 git, & cum inclinatione cordis, maturitate mo-
 rum, sensuum refrenatione & humili conuersa-
 tione subtus Deum et proximos suos sese demit-
 tit & inclinatur, iugiter Deus obseruans, ad quid
 ipsa vti velit, & per hoc magis ac magis ad gra-
 tiam Dei que dona suscipienda fit idoneus & ca-
 pax. ¶ Quantum igitur humana sinit fragilitas,
 cum omni reuerentia iugiter in Dei praesentia per-
 manere debemus; & tunc haud dubie salutare
 nobis plurimum erit, quod tam praclarissimū bo-
 num, tam fortissimum adiutorē & tam fidelem
 in anima nostra habitatorē habemus. Sēper ita-
 que potissimū eius beneplacitū, quid nos siue a-
 gere, siue dimittere, siue etiā pati velit, attenda-
 mus; iugiterque cordis nostri inclinationē, & di-
 uinā in fundū nostrū irradiationē obseruemus,
 totisque viribus nos ipsos introuertamus; & tunc
 introducere nos poterit omnipotens Deus in occultā
 & ab-

MARGARITAE EVANG.

& abditam viam suam in animæ fundum deducentem, quæ omnibus illis, qui se introrsum conuertere nolunt, incognita manet: ibiq; ostendet nobis dignissimum lumen suum, per quod in fundo nostro omnes defectus nostros, & quicquid inter Deum & nos nõ recte mediat, videbimus, attendemus agnoscemusque. Siquidem per huius lucis irradiationem, & Deum, & nos ipsos cognoscimus. Etenim mente in Deum subleuata, & spiritu simplici ac libero existente, introque conuerso, sol iustitiæ diuinus in nos & per nos radiat, mundatq; conscientiam, & in nostro fondo quid agere, quidve dimittere debeamus, instruit, docetq; nos singulare quoddam exercitium, per quod cuncta alia a nobis assumpta exercitia (quæ in formis ac multiplicitate peregrinamus) postponentes, simplicem illam lucem nos in veritatis fundum deducentem, sequimur, sicut & omnino necessarium est omnibus, qui secundum cor Dei esse desiderant. ¶ Sed dicit aliquis: Quomodo scire poterò, si lux infusa sit a Deo, vel ab angelo tenebrarum? Inde hoc sciendum est. Si lux illa ab intra ex animæ fundo lucet, atq; per eam, & bonitatem Dei, & propriam vilitatem agnoscis, dubium non est a Deo lumen infusum, maximeq; cauendum, ne illi luci sis ingratulus, & Deo obicem ponas. Etenim malignus spiritus, non nisi exterius decipere nos potest, transformando se ipsum ab extra in angelum lucis, et dulcedinem aliquã exterius in corpore siue sanguine concitando. Mentem vero siue animam nemo, nisi Deus solus ingredi solus ingredi potest. ¶ Porro, si contingat liberalissimum Deum ex propria bonitate gratiæ suæ dona intrare animæ

animæ

LIBER II.

animæ largiri, nemo inde extolli debet: quippe cum non ideo quisque sit sanctior, nisi pro quanto vita ac moribus illa exprimere, seseque sub Deo & creaturis omnibus humiliter inclinare nouerit. Tali etenim modo Deus superessentially inuenitur, qui fundum huiusmodi hominis possidet, cunctaque, quæ habet homo, Deo subdita sunt, ita ut cum eo velut viro quodam instrumēto ad omnia parato, nec in villo resistente uti possit. Et hic firma spes & perfecta in summo bono confidentia obtinetur, discitque homo non in donis quibuslibet, sed in omnium donorum liberalissimo largitore Deo quiescere. **N**unc ergo, o fideles omnes, Christi sanguine redēpti, agite obsecro, nocte ac die ardentissimo amore & pura intentione ad Deum nostrum suspiremus, rogando eum, quatenus omnia interiora nostra ad ipsum trahere, & omnes vires nostras ad debitum locum suum coadunare dignetur, faciatque interiorem hominē nostrum in sua iugiter præsentia permanere, & exteriorem hominē nostrum virtuosum, & in conuersatione honestum secundum perfectissimum exemplum suum, sicut nos ipse in sacratissima humanitate sua interius exteriusque præcessit.

Quam utile sit ante omnia primum quærere regnum Dei. Cap. XLII.

Quærendum est regnū Dei, potissimum matutino tempore, quando e summo euigilamus. Tunc enim deuota anima diligentissime curabit, ut Deus sit eius prima attentio cognitioque. Inde siquidem vena charitatis, & vitæ fluuius oritur scaturitque, vnde per totū deinceps

MARGARITAE EVANG.

incipit diem magis internus, & ad adherendum
 Deo promptior, ad sequendum vitam passio-
 nemque ipsius fortior, ad obediendum alacrior, &
 ad omne bonum studiosior quisque efficitur. Sata-
 gat ergo quilibet primitias frugum suarum of-
 ferre Deo suo: ante omnia vero semetipsum Deo
 cum affectuosa ac feruida laude ipsius offerat
 in viuum sacrificium, commendans se in manus
 illius, rogansque ne vnquam eum deserat, sed sub
 umbra paternarum vlnarum suarum eum pro-
 tegat atque defendat, memoriam roboret, deside-
 rium trahat, intellectum illuminet, ratione instru-
 at, voluntate in diuino amore vniat, vim irasci-
 bilem ad omnes virtutes confortet, omnes animae
 affectiones refrenet, cordis inquietudinem expel-
 lat, totumque hominem nostrum in se trahat &
 in suum transformet amorem. ¶ Sane hic oculis
 ea illa semita inuenitur, quae animam deducit in
 arcanam diuinitatis abyssum, & in abditas di-
 uinitatis diuinae veritatis: quae ideo a tam paucis in-
 uenitur, quia per primam introuersionem in ve-
 ritatis fundum minime ingrediuntur. Latet autem
 haec semita etiam ipsum spiritum malignum, neque
 scit quid in anima tali agatur. Attamen ex ho-
 minis interioris dispositione videt & cognoscit
 singulare quiddam in ipsa fieri, ex illo nimirum gra-
 tiae lumine, quod ex huiusmodi homine relucet
 cuius praesentiam non ferens, ipsum hominem vi-
 tare ac fugere miser compellitur. Ideoque tota ma-
 lignitatis studio introuersionem hanc impedire
 conatur, idque potissimum matutino tempore quan-
 do mens adhuc tranquilla est, vires vnitae, et sen-
 sus conclusi sunt. Nam quo tunc in mentem ad-
 liquod medium adducere, vires grauare, senti-
 susque

LIBER II.

fulque dispergere ac imaginibus depingere pos-
sit, multa ac diuersa homini ingerit ac propo-
nit, per quæ introuersio illa impeditur: quæ ta-
men sapius, etiam bona sunt, quatenus per hæc
meltora ac diuiniora sibi manent incognita.

¶ Sed hic quisque prudens esse debet instar ser-
pentis, & simplex sicut columba. Prudens qui-
dem, vt diligentissime caueat, ne in vllas a-
lienas semitas aberrer, quæ inter ipsum & vi-
uum veritatis speculum (quod in animæ fun-
do positum lucet coram creata essentia nostra)
mediare possent. Simplex vero ad introuersi-
onem, quatenus videlicet simplici ac indepic-
tate Deo adhæreat, per quod spiritus in di-
uinam subleuatur libertatem, habitatque in
præsencia Dei sui per fidem, amorem cogniti-
onemque. Etenim hinc anima sancta ac bea-
ta, libera, indepic-
ta & prompta efficitur ad in-
clinandum & immergendum sese in diuinam
originem, vbi in æternitatem absorbetur, &
a claritate in claritatem & veritatem a domini
spiritu transformatur, ac in amore consumitur
ita vt nihil iam nisi introspicere & extrospicere
remaneat. Introspicere quidem, in infor-
mem ac nudam diuinam naturam, & simpli-
cem ac diuinam veritatem, vbi animæ facies
a diuino vultu clarificatur, & spiritus in diui-
nam libertatem erigitur, cum DEO vni-
tur & a sanctissima Trinitate dotatur. Memo-
ria (quæ vnita est patri) in quadam indepic-
tate in diuinam fruitionem subleuatur. In-
tellectus verbo paterno vnitus simpliciter in
quadam lucida veritate in diuinam cognitionem
sustol-

MARGARITAE EVANG.

sustollitur. Voluntas cum sancto vnita ab omni
 proprietate libera efficitur, & in diuinam liber-
 tatem erigitur. Spiritus a se deficiens in Dei spiri-
 tum transit, seseq; in aeterni brachia verbi incli-
 nans, intra ipsa constringitur, & in manibus do-
 mini custoditur: in quas nimirum totum se ho-
 mo cum spiritu, anima, corpore, corde ac sensu-
 bus commendauit: de quibus etiam nemo eum
 rapere potest, si tamen introuersionem sui cōser-
 uans, interiorē cogitationis oculum (quae su-
 pra animam in diuinam libertatem simplicem
 quendam intuitum habet) & similiter rationa-
 lem oculum (qui per imagines ad vitam & pal-
 sionē sacratissimae humanitatis ipsius quendam
 prospectum habet) apertos seruet. ¶ Deniq; per
 hanc preciosus ille thesaurus, regnumq; Dei, &
 lumen veritatis in ipso fundo animae inueniuntur,
 agnoscuntur, obtinentur ac conseruantur,
 quae nemo nisi per Christi merita inuenire, cog-
 noscere, obtinere vel cōseruare potest, sicut hoc
 euidentissime in veteri simul ac nouo Testamen-
 to cōprobatur. Omnes quippe ante Christi pas-
 sionem, quamlibet perfecti ac sanctissimi, lim-
 bum subire cogebantur, eo quod omnes a regno
 Dei & a vena aquae viuae, & a recta semita in
 fundum animae deducente, aberrauerant per in-
 obedientiam Adae primi parentis nostri: in quo
 hanc semita obfuscata fuit, quando pro oleo mi-
 sericordiae Seth filium suum ad paradysum deli-
 nauit. Qui si tunc credidisset, ac cognouisset re-
 gnum Dei, ipsumq; Deum in anima sua existe-
 re, per seipsum dominum alloquutus fuisset, ve-
 niamq; & indulgentiam postulasset, nec tamen
 priorem illuminationem atq; mundiciam suam
 recupe-

recuperare potuisset, nisi per satisfactionem & merita domini nostri Iesu Christi, qui mortalem naturam nostram assumens, viam hanc & regnum Dei nobis liquido demonstravit, in sacro Evangelio suo dicens: Regnum Dei intra vos est, et thesaurus absconditus in agro. ¶ Quod nimis Dei regnum istud thesaurum, si in anima nostra inuenire velimus, hoc omnino per Christum fieri habet, qui est ostium, via, veritas & vita: per quem nos omnes, si saluari cupimus, in regnum Dei & in diuinitatis unionem introire, atque in ipso, si felicem itineris nostri exitum habere cupimus, ambulare oportet. Et enim si vita nostra Deo omnipotenti placere debeat, Christum Iesum in cordibus nostris iugiter portare debemus, per quem Dei regnum intra nos est manifestatum, vestris naturae contrita, & sanctum sanctorum in animae fundo detectum ac reuelatum. Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt, omnes videlicet externi ac circa multa occupati, qui neque sciunt neque intelligunt, qualiter omnipotens Deus in intimo animae fundo sit praesens, vbi gloriosae Trinitatis speculum continue ob animae faciem relucet, in quo simplex oculus spiritus clarificatur, & rationalis oculus illuminatur, instruiturque per Christum Iesum dominum nostrum, qui nobis hoc promeruit, quod per gaudiosi spiritus sui merita noster spiritus in Deum subleuari atque uniri possit: & per dolorosae aeternae suae merita, omnes animae nostrae vires recolligi, uniri atque a Deo regi possint: perque vulnerati ac sancti corporis sui merita, cor & corpus nostrum a praesente Dei esse habitaculum, in quo seipsum spiritualiter ac sacramentaliter recipere queat, utque nos totaliter in Christum Iesum transformari, & in Deo

T habi-

MARGARITAE EVANG.

habitare valeamus, & ipse in nobis. Ad quod omnino requiritur, vt continuum seruemus introspectū in depictam diuinam vnionem, et extrospectum ad nobilissimam & amabilem humanitatē ipsius, ad sequendū ipsum totaliter cū spū, anima & corpore. Etenim talē in animē fundū, in quo vnum cū Deo sumus, accessum habere, verū totius sanctitatis fundamentum exilit: Christūq; iugiter, veluti speculū et exemplū ob oculos versare, & cū intus exteriūq; sequi desiderare, vera virtutū structura est atq; profectus.

Qualiter mane vigilare ad dominum, & per orationem dominicam nos introvertere debeamus. Cap. XLII.

Quisquis in animæ regno Deum inuenire desiderat, et in ipso cum omnibus interioribus suis vniri, cū ipso vnus spūs fieri ac permanere, in Christū Iesum trāsformari & in ipso hic & in aternitate habitare cōcupiscit, de mane ad dñm, vt præfati sumus, vigilare debet, ipso dño dicēte: Qui mane vigilāt ad me, inueniēt me. Sedulus ergo ac diligens esse quisq; debet ad introuertendū se in regnū animæ suæ, in quo Deus ipse, qui est vita vitalis, inhabitat & viuit, idq; potissimū matutino tempore, quo etiam sollicitus quisq; erit primā suam cogitationem, amorē, desideriū, intentionē, cor sensusq; in Deum dirigere: per quod diuinæ visitatiōis cāpax efficitur, & cœlestis pater in suprema animæ portione diuinā claritatē suam ostēdit, spiritum nostrū supersplendente lumine sempiterni verbi sui illustrat, aiām abyssali sancti spūs amore perficit, & in oēs animæ vires micantes radios

radios suos diffundit, per quod omnium discretione vir-
 tutum dotatur quilibet iuxta operationem suam. Et hoc
 modo Deus omnipotens exornat regnum, & habitacu-
 lum suum. Ideoque nullum Deo acceptius holocau-
 stum siue sacrificium offerri potest, quam ante omnia primum
 querere regnum Dei & iustitiam eius. Etenim iustitia
 Dei haec est, ut iugiter abnegemus nosmetipsos,
 & in manus domini offeramus ac resignemus spiri-
 tum, animam & corpus nostrum, & quicquid usque habe-
 mus. Quo facto, iam nostri potens efficit Deus ad
 operandum per nos iustam ac virtuosam vitam. Enim-
 vero Christus ipse nos docuit, sic ante omnia primum
 querere regnum Dei & iustitiam eius, promittens ita fa-
 ciendis caetera omnia adiicienda. Modica sane pre-
 cepto, ut non immerito ipse dominus alibi ob nostra dis-
 pensata dolendo, dicat: Filij huius seculi prudentio-
 res (in sua videlicet negociatione) filij lucis in ge-
 neratione sua sunt. Prudentes ergo simus ad no-
 stram introversionem, eo videlicet ubi gratia Dei in
 nobis oritur, & eterna generatio renouatur, ubi & in
 Christum Iesum transformamur: vnde omnis tam operum,
 quam vitae sanctitas procedit. Denique & in ipsa o-
 ratione dominica per redemptorem nostrum instruimur, ante
 omnia nos ipsos in aeterni regno cum Deo unire, ipsumque
 ibidem, quoties orare volumus, primum alloqui, dum nos
 dicere iubet: [Pater noster, qui es in caelis] per quod ni-
 mirum verba introvertimur, ipsumque quod pater noster sit,
 admonemus, a quo facti sumus, & in quo ab aeterno
 fuimus, quodque sempiternam nobis imaginem suam im-
 pressit, & semetipsum intra nos (ut ita dicam) caela-
 uit. Quam obsecro tam repida ac torpens anima esse
 potest, quam non merito haec excitare deberet ad e-
 rigendum sese, ad tam dulcissimum patrem suum in in-
 timum spiritus sui cubiculum, & ad offerendum se in

T ij manus

MARGARITAE EVANG.

manus illius, qui ei de omnibus vult providere? sicq; non pro temporalibus, sed pro æternis ipsum deprecamur, vt videlicet [ipsum in nobis nomē sanctificet] id est, vt anima nostra sempiterni verbi sui lumine pfluatur, & veritatis claritate vestiatur: deinde ipsum intra nos inuitare debemus ac dicere: [Adueniat regnū tuū,] Vt videlicet in nos veniēs possideat, ac moderetur regnū animæ nostræ, quatenus & nos quādoq; regnū illius possidere mereamur, [Vt nihilo minus volūtas eius in nobis sicut & in cælo, fiat,] vbi nimirū oēs tam sancti, q̄ angeli vnus spūs, & vna volūtas cum Deo sunt: quatenus & nos sic vna volūtas, vnusq; spūs esse cū Deo mereamur in terris. Quibus ita præmissis [quotidiani pants postulatio subdēda est] rogādo ipsum pro nutrimento ac cibo animæ & corpori necessarijs, [pro oīm quoq; debitorū ac peccatorū nostrorū dimissione: & ne nos in tentationem inducat,] .i. tentationibus cōsentire permittat, [sed liberet atq; præseruet nos ab omni malo.] Patet ergo q̄a instruimur hic primo, nos intro cōvertere ad benignissimū patrē nostrū, ipsumq; admonere charitatis illius immensæ, qua suum intra nos cœlū cōstituit, & animā nostrā inhabitare dignatur. [Penset hic, qui potest, quanta sit hæc oīpotentis Dei bonitas, q̄ inhabitator ac cibus esse vult animæ nostræ, in quo tota salus nostra consistit, in quantū nos eius inhabitatores, vnusque cū eo spūs esse velimus, & in eius præsentia reuerenter conuersari, eiq; stabiliter inhaerere, & ipsum rogare, vt suū in nobis verbū æternū clarificetur, nomen sanctificetur, anima nostra deiformis efficiatur, & in eam ipse adueniens

ens

LIBER II.

ens eandē exornare, vnūq; secum spūm facere, seipso & oīm sacramentorū fructu cibare ac reficere, ac in se totaliter transformare, ab oībus quoq; peccatis mundare, & ab omni malo liberare ac defendere dignetur: quatenus absq; impedimēto, & omni medio, cū omnibus beatis ac fidelibus spiritibus corā diuina & amabili facie sua iugiter pmanere possit. ¶ Hæc est vera ac diuina oratio, per quā in aīæ fundū introducimur, vbi Deū ipsum in spū et veritate adoramus, vbi nimirū cessat strepitus oris, & magno clamore spūs sine intermissione postulat abyssum diuinitatis. Habet exterior oratio finem atq; principū, sed interior nec finē habet, neq; principū. Per illam fructus, per hanc vero, quæ in intimo spiritus funditur, arborem simul cum fructu offerimus, quæ quidem arbor tres radices habet, q̄ sunt hominis voluntas, desiderium & intentio: per quas arbor ista in terra fertili plantatur, iuxta scaturientem diuinitatis fontem, qui omnia arida corda foecūda reddit, si tamen vna cū Deo voluntas, desiderium & intentio sint. ¶ Quisq; ergo in intimum hunc fundum peruenire, & in eodem permanere desiderat, ille tota diligentia nocte ac die ad hoc sese disponere & applicare debet, vt mane ante omnia quam primum sese in intimum spiritus cubiculum erigat, seque in originale principium suum, in caliginosam patris sui virtutem, vbi sempiternum verbum ipsum perfluit, & amorosa bonitaseius cum amplexatur, inclinet, Deumque feruentius oret, vt omnia interiora sua, & exteriorem simul ac interiorem hominem suum sibi attrahere, secumq; vāire dignetur: quatenus sic eum sequi possit, si-

T iij cut

MARGARITAE EVANG.

cut ipse nos p̄cessit, & ambulare docuit, vt sic
cut ipse in sanctissima humanitate sua per interio-
riore hominem suum in diuina vnione, in sum-
ma libertate & in diuinitatis fructiōe iugiter per
manebat, exterius vero opus cœlestis patris sui
faciebat, cuius nec minimū p̄ceptum viola-
bat, cum esset summa omnium libertas angelo-
rum: sic & ipse secundū interiore hominē suum
in diuina vnione permanere & exterius, iuxta il-
lius exemplū, vitam suā instituere possit, & per
gratiā eius nec minimum p̄ceptum siue statu-
tū superiorū suorū transgrediatur, vt sic Deo in-
tus exteriusq; placere queat. Et iūc ad introuersi-
onē sui et ad offerendū dño Deo suo primos atq;
nouissimos fructus suos iugiter paratus erit.

Qualiter mane & deinceps per diem ac no-
ctem omnes exteriores consuetudines
intus exercere debeamus. Cap. XLIII.

Proinde, quisquis super omnia Deum ama-
re desiderat, sicut necessarium est omnibus
vitam beatā obtinere volentibus, ille ma-
ne ad sui introuersionem, vt iam dictū est, sedu-
lus esse debet, quatenus oīpotens Deus sit prima
actiō ac desiderii animæ, prima intētiō cordis,
& intima spūs affectiō. Per quod nimirū Deo in-
spiritum, animā & cor accessus patet. Etenim vt
Deum ex omnibus cogitationibus, ex tota ani-
ma & ex toto corde diligere valeamus, ante om-
nia primum sese anima in diuinā p̄sentiam in-
clinare, seq; totā in manus dñi offerre ac signa-
re debet, & sicut exterius signo obediētix a som-
no excitamur, sic intus ad dominū euigilare de-
bemus, qui animas nostras pulsans, commouet
& exci-

LIBER II.

& excitat ad amorem sui. Et quemadmodū ea-
 put exterius erigimus, manus eleuamus, corpo-
 ri vestes circundamus, caput tegimus, zonā præ-
 cingimus, signum crucis nobis imprimimus, ge-
 nua flectimus, ad diuinum obsequium festina-
 mus, & operibus obedientiæ insudamus: sic &
 interius mentem ad Deum erigere in sui amoris
 vnionem debemus, nosque totos in eius aman-
 tissimam voluntatem ac beneplacitum offerre,
 & omnes animæ vires ad gratiarum actionem
 & laudem ipsius eleuare, eo quod nos non solū
 non abiecerit, sed ad ei seruiendum quoque elege-
 rit, tempusque sufficiens, quo & ipsum laudare, at
 que secundum eor eius effici valemus, indulse-
 rit, vestireque deinde debemus nudam animam
 nostram, & induere dominum nostrum Iesum
 Christū cum eleuato spiritu, subiecta anima, &
 mundo ac patienti corpore. Caput quoque spinea
 corona tegere, id est, quinque sensus nostros sub
 diuino timore cōcludere, eodemque ea stimulare:
 vnde magna spiritus libertas, gaudium atque læ-
 titia oriuntur, sicut & ipsa crudelis spinea coro-
 na venerando saluatoris nostri vertici impressa
 spūm illius amplius exhilarabat, præcingere quoque
 & religare nos ipsos per vnionē amoris, ad ma-
 nendum iugiter in præsentia ipsius maiestatis: si-
 gnare denique nos signo sanctæ crucis, id est, offer-
 re nos ipsos ad sequendum crucifixam, ac sanctis-
 simam vitam passionemque eius. ¶ Demum hoc
 pacto crucem nobis imprimere debemus, per
 quā a peccatis, hæresibus, erroribus, quibuscun-
 que malignis spiritibus, atque terroribus defen-
 di poterimus. Etenim quando manum pro fa-
 cienda cruce sustollimus, dicendo: In nomine

T iij patris

MARGARITAE EVANG.

patris, hanc ad cœlestē patrem attentionem habebimus, vt rogemus eū, quatenus paterna virtute sua nos corroborare, & opē nobis ferre velit. Cum vero manum dimittimus, dicendo: Et fili, quatenus paterni cordis sui verbo animas nostras implere, illuminare ac instruere dignetur. Cum vero in transversum manum dirigimus, dicendo: Et spiritus sancti, mēte desiderabimus, vt nos amabili bonitate ac gratia sua protegere, & spiritu sancto inflammare dignetur. Amē, id est, fiat. Et tunc cum omni reuerentia & honoris exhibitione, sub omnipotenti & superdignissimo Deo inclinare ac incuruare debemus nos ipsos, rogando eum mentaliter, vt nos in paternis manibus suis custodire, & in eo nos amor captiuos atq; constrictos tenere velit, qui amabilem humanitatem suam in manibus Iudæorum captam & ad columnam & crucē ligatā seruabat, ne vlla ratione extra diuinā præsentiā suam & amorosam sanctissimā humanitatis suę imaginem declinemus, neve præcepta Dei vel superiorum nostrorū transgrediamur, sed semper in eius præsentiā maneamus, vnus spūs cū voluntate ipsius, vna aīa cū desiderio suo, & vnū corpus cū intentione sua fieri desiderantes: vt que simul nobiscum, & per nos omnem diuinum cultum laudesq; diuinas, & omnia obedientiæ opera persoluere, ac perficere velit, quippe qui sine ipso nihil possumus, nihil præualemus.

Qualiter nos Deo resignare debeamus, vt ipse in nobis operetur. Cap. XLIII.

IAM vero vt Deus omnipotens in nobis & per nos ambulare, & omnia virtutum opera operari

LIBER II.

operari & pati dignetur, sicut per vnicū filium suum dominum nostrum Iesum Christum fecit & passus est, eo quo iam dictum est modo, tota die vestiri ac dispositi esse debemus, & diligentissime diuinas inspirationes & cordis inclinationes obseruare, & in omnibus quæ vel facimus, vel dimittimus, Deum pure quærere, eiusque in cunctis honorem intendere ac amare, intus quoque & exterius venerandam vitam ac passionem illius imitari, eique in omni conuersatione nostra nos conformare: quippe cum ad hoc tendere debeat omne studium nostrum, vt ei in intimo in interiori & in exteriori homine nostro per continuam sanctissimæ vitæ ac passionis suæ exercitationem conformari valeamus. Diligenter itaque ad omnes horas attendamus, qualiter ipse in singulis sese habuerit: Verbi gratia, ad matutinas, primam, tertiam, sextam & nonā: quot videlicet anxios timores atque terrores, poenas, confusiones, opprobria, irrisiones, impropria, quassationes & vulnera istis horis sustinuerit, quanque ignominiosam atque crudelem mortem nostri causa perpeffus sit; & quam amorosum, humilem, mansuetum, patientem, benignū, suauem, pacificum & amabilem in omnibus pro nostri redemptione sese exhibuerit. E contra vero nostram dissimilitudinem atque defectus persemus, considerando videlicet quod tam in amore frigidi sumus, tam parum ferre valemus, tam facile turbamur, & pacem amittimus, tam amari in corde, mente tumidi, verbis læsi ac pungitiui sumus, quod tam parati nos ipsos excusare, et de modicis iniurijs vindictam sumere cupimus. Quos omnes, hisque similes infinitos alios defe-

T v ctus

MARGARITAE EVANG.

eius nostros & vulnera animarum nostrarum
 coelesti medico, & animarum nostrarum magi-
 stro sapius ostendere debemus, rogando ipsum,
 quatenus earundem animarum nostrarum vulnera
 sanare, & omnes inde defectus euellere, cunctis-
 que virtutibus eas, vera videlicet charitate, pati-
 entia et profunda humilitate exornare dignetur:
 donetque nobis suauiter, pacifice ac amore cum
 omnibus hominibus conuersari, omnes inimi-
 cos nostros mansuetudine vincere, et patienter om-
 nia aduersa sustinere: ut sic cum Christo Iesu
 in cruce cum gaudio spiritus, pace animae, dulce-
 dine cordis, & corporis patientia distendi mereamur.
 Etenim tria haec cordibus nostris iugiter im-
 pressa sunt seruanda. ¶ Per talem namque exerci-
 tationem ad Christi Iesu conformitatem pertingi-
 tur. Ideoque cunctis haec exercitijs quantumlibet
 ea sublimia ac magna esse videantur, praefere,
 istisque inhaerere debemus: dimittere quoque
 omnem inuestigationem intellectus per curiosam
 speculationem, & diuersarum scripturarum per-
 scrutationem: quae nimirum hominem a simpli-
 ci veritatis fundo in multiplici-
 tatem abducunt. Huic itaque fundamento innitamur, & quicquid
 super isto a domino nobis concessum fuerit, se-
 cure pro veritate, cum profunda tamen humilitate
 acceptare possumus. Quicquid autem huic
 conferre potest, adiungere debemus. Est namque
 istud verum fundamentum, ex quo omnia alia ex-
 ercitia oriuntur, in quo etiam sustentantur et con-
 seruantur.

Qualiter anima deuota semper in cruce & in

LIBER II.

in dominica passione nidulum suum col-
locare debeat. Cap. XLV.

Quæcumque ergo anima deuota in supradictam triplicem vitam nouemque gradus æque supradictos conscendere cupit, iugiter in cruce domini commoretur: & in corde suo montem Caluarie statuat, in quo omnem spem sui passionem velut in fasciculos collectam conseruet. Anima quoque ipsa crux erit, in qua sponsus eius erectus & affixus esse debet. Spiritus eius cum spiritu illius in gaudium subleuatus sit. Atque hoc pacto eidem applicata, cum ipso in cruce pendebit, in maxima paupertate et derelictione ab extra, & maxima pace ab intra, summa quoque libertate, & summo gaudio. Sicque habitabit in ea, velut regina in palatio suo, prospicietque per quinque vulnerum eius cancellos aureos, & per fenestras multiplicium vulnerum suorum, considerans omnem sanctissimam vitam ac passionem eius cum intima cordis compassione, humili suspensus despectione, & gaudio interiori quo nimirum modo iugiter in corde suo passionem eius circumferet, perlustrabitque. Quanto enim homo altius ascendit, tanto longius ac latius prospicere potest; tantoque magis spouso suo approximat, & perseverantius adest, cumque amplius amat, & vitam ac passionem illius clarius sentit, eique conformior efficitur. Etenim operans amor dilectum suum vbique requirit, percurrens omnia loca, in quibus passus est, & compatiendo simul gaudet in quolibet loco passionis eius. Qui nihil minus, eo quod adhuc in suis exercitijs imagines admittit, suspensus in ipso itinere sæpius

MARGARITAE EVANG.

sapius obliuiscitur. **E**ssentialis autem amor
 in omnibus presentem habet dilectum suum,
 omnem multipliciter in quadam simplici
 ete exeret, & sponsum suum in cruce admo-
 omnium eorum, quæ in diuersis locis sustinuit
 rogans vt se eis conformem facere velit: habet
 que natiuitatem simul et crucem e regione pa-
 tas. Ideoque in cruce etiam natiuitatem com-
 platur, intuens diuinum illud verbum, quod
 æterno ex patre genitum, de spiritu sancto
 ceptum, & ex purissima virgine Maria natum
 est, quod est sol iustitiæ, & clarum speculum
 gelorum, modo sui causa tam miserabiliter in
 ce deformatum. Rursus autem in natiuitate
 omnem quoque passionem dilecti sui com-
 platur: quippe qui ab ipso natiuitatis suæ
 dio crucifigebatur, omnesque passiones illas
 poenas, quæ in corpore suo perpeffurus erat, vt
 ad momentum illud, quo in cruce moriturus
 rat, in anima sua iam inde sentiebat: & licet
 pore distentus in cruce non esset, nihilo minus
 nima eius per amorem ad omnes creaturas
 tensa fuit: & quamuis corpori vulnera adhuc
 liqua inflicta non essent, anima tamen gra-
 sauciata, & plurimos dolores mortis perpeffu-
 it. Et licet denique latus eius transfixum mor-
 rat, cor attamen amore vulneratum fuit. Sic
 que essentialis Dei amator in cruce commo-
 ri, & illuminata ratione ac amoroso desiderio
 si sui passionem intueri debet, eamque simul
 lectam sibi attrahere, & inter vbera sua, vt
 mirrhæ fasciculum, circumferre, ipsumque
 lis horis, et omni tempore eorum quæ pro se
 stinuit admonere, vt sic eum sequi, & ei in

bus valeat conformari.

Qualiter anima sponso suo ad septem ho-
ras assimilatur, atque ad Matutinas in
eius acceptissimam voluntatem se resis-
gnet. **Cap. XLVI.**

Itaque maturinali tempore anima introrsum
in abyssalem diuinam caliginem sese incli-
nat, totaque se diuinæ potestati resignat cum
spiritu, anima, corpore, corde ac sensibus, optas
in perpetuum in eius amore capta atque constri-
cta teneri, qui causa redemptionis suæ hoc ipso
maturinali tempore tam crudeliter captus atque
ligatus fuit: sicque Deus eius potens efficitur, ita
vi natiuitatem, vitam, mortem ac resurrectionem
suam in ea renouare possit.

Qualiter ei ad Primam conformari, & de
virtute debeat in virtutem proficere.

AD Primam autem Deo se funditus resis-
gnans, diuinum influxum & æternæ ve-
ritatis, ipsius videlicet filij Dei intra se ge-
nerationem obseruat: qui nimirum Dei filius om-
nia eius interiora permanat & amplexatur, in-
ducit & attrahit ipsius spiritu, ipsammet animam
& corpus, cor ac sensus illius, eamque in se trās-
format, quatenus ipse in ea viuat & ambulet, &
eam de virtute in virtutem deducat, sicut & ipse
de vno iudice ad alium ductus fuit. Hoc itaque
modo verbum æternum humanam quotidie na-
turam induit, & spiritaliter habitat in nobis.

Qualiter hora tertia in eius deformem imas-
ginem debeat transformari.

Porro,

MARGARITAE EVANG.

Porro, tertia hora sese in eius deformitate
gine abscondit, ad sufferendum æquanimi-
ter omnem passionem, contemptum, flagel-
lationem, coronationem, condemnationem, ini-
ustas accusationes, et quicquid aduersi exteriori
vel interius ei accidere possit, idem per potentiam
patris, sapiētiā filij & amorem spiritus sancti
ad honorē illius, qui ipsius causa tertia hora
re flagellatus, male tractatus, iniuste condemp-
natus & grauissimo crucis pondere fuit prægrati-
tus.

Qualiter hora sexta crucifigatur.

Sexta hora diligentius attendit vestium
crudelē extractionem, super frigidum
pidem sessionem, ad crucem conclauam
nem, eiusque in ea distensionem et cum ea eleuati-
onem. Atque pro his domino vicem rependens
gestiens, ab omnibus extra ipsum sese deuotum
& vitam ac passiones suas fundat supra firmam
petram Christum, optans cum eo in cruce con-
cluari, distendi ac subleuari: & in his summum
gaudium ac robur suum constituit, fitque vniuerso
mundus sit crucifixus, & ipsa mundo. Ideo
quotquot sunt, in quorum cordibus adhuc mor-
tus viuit, hi omnes crucifigunt, persequuntur
blasphemant animam istam: vnde et ipsa nigra
atque deformis efficitur, & in oculis hominum
annihilatur, sed tanto in Dei oculis pulchrior
hior, candidiorque constituitur. Hominibus
que inutilis & inructuosa esse videtur, sed
rior ista ignominiosa confusio internum gaudium
atque lætitiā præstat. Vnde & ipsa sibi
honorabilius aut gloriosius esse credit, quā ipse

LIBER II.

sui opprobria & ignominiam cum ipso por-
 rare, & gloriari in cruce domini sui Iesu Christi.
 Erunt completur illud Ezechielis, domino per
 eum dicente: Nigrescere faciam stellas cœli. Quę
 nimirum stellę sunt electi Dei, qui per bona o-
 pera in sanctę ecclesię firmamento, velut stelle
 cœli micant & lucent, quos tamen dominus spi-
 ritualiter nigrescere facit, dum per diuersas tribu-
 lationes eos exercei permittit. Sed beata est val-
 de ista nigredo, per quam nimirum mens in De-
 um subleuatur, spiritus exhilaratur, conscientia
 purificatur, albaque & candida efficitur, totus-
 que homo in Christum transformatur, in quo o-
 mnis eius aduersitas, deformitas, defectuositas,
 & dissimilitudo consumitur: quique eam in omni
 tribulatione sua interiori quodam gaudio per-
 fundit. Et licet natura remurmuret acquerule-
 tur, anima nihilo minus ex diuina consolatio-
 ne in cruce gloriatur, & gaudet in tribulationi-
 bus.

**Qualiter nona hora cum ipso mori, & in
 spiritu viuere debeat.**

Nona deinceps hora cum profunda atten-
 tione admonet eum ignominiosę ac ama-
 rissimę mortis suę, quam ob eius viuifi-
 cationem sustinuit: estque hic studiosa expel-
 lere de conscientia sua, quicquid Deo in ea dis-
 placet, & eam in hora mortis suę grauari pos-
 set, sedula quoque ad moriendum vicissim ob a-
 morem illius sibi ipsi, vt ei soli viuere, & in ho-
 ra mortis securę esse valeat.

Qualiter

MARGARITAE EVANG.

Qualiter anima prandium suum in cruce
seruare debeat. Cap. XLVII.

Denique, hic in ipso meridie prandium suum seruat in mensa, quam parauit dominus in conspectu eius, & vngit oleo laetitiae caput suum, gaudens & exultans se per meritum illius vitam recuperasse. Comedit autem panem doloris, & bibit de calice amarissimae passionis eius: reficiturque foecundo illo grano frumenti, & decocta carne eius, quae ad columnam lacerata est atque conscisa, sputis salita, amore condita, & in precioso sanguine suo bullita: a quo quoque illo assato, spinea corona ac clauis transfixo, & in cruce igni amoris asso. Hac quippe sunt fercula, quae in meridie animae amoris apponuntur. Quapropter intremus omnes, & de fonte vitae bibamus, ne posthac ullam temporalium rerum sitim patiamur. Celebremus modo conuiuia: quia hic est annus Iubilaeus, in quo Christus dominus seipsum totum nobis dedit, carnem in cibum, & sanguinem in potum conferens. **A**uscultemus omnes attentius, quam suauiter sponsus moduletur, et quam delicate in cithara crucis suae canat septem illa nouissimorum verborum suorum cantica, tanta amoris dulcedine referta, ut animam amorosam liquefieri, & in ipsum refluere faciant. Per quae etiam omnes creaturae consolantur ac exhilarantur, eo quod in caelo & in terra audiatur sonus eorum, vniuersos ad hanc mensam inuitans. Denique, sponsus ipse adeo hic liberalis est atque prodigus, ut omnia quae habet, large tribuat: tamque profusus, ut sit ad dandum paratior, quam nos ad recipi-

LIBER II.

ad recipiendum, eo quod anima nostra sapius in
 disposita, & vasa cordium nostrorum frequenti-
 us immunda sint. Satagat ergo deuota quælibet
 anima mūdare seipsam, et lauari in balneo pre-
 ciosi sanguinis eius, omniaq; debita sua amaris-
 sima passiōe eius soluere & expiare, virtutibus
 illius sese exornare, atque per ipsum intrare, vt
 sic ad eius conuiuium recipi & admitti merea-
 tur: idque potissimum in meridie prandendi
 tempore, quando cibum corporalem sumptura
 accedit. Tunc etenim primo intus ad hanc men-
 sam pro animæ refectione pastuq; intrare debe-
 mus, & comedere ac ruminare verba Dei, quæ
 interius & exterius audimus: manducare quoq;
 cibum vitæ, & potare de calice aperti cordis e-
 ius vino condito amoris sui pleno ac superefflu-
 ente, & ex influxu diuinæ essentiæ suæ nectar p̄-
 ciosissimum illustrationis diuinæ claritatis. Por-
 ro, ad singulos morsus siue haustus quærere ac
 desiderare diuinum amplexum, & refici optare
 amore ipsius: & sic cum gratiarum actione ci-
 bum corporis, veluti medicamentum, ipsum
 corpus ad obsequendum & obediendum spiri-
 tui confortans percipere: atque hoc modo intra-
 nos deprecari debemus. ¶ Obsecro te domi-
 ne Deus meus, nō sit mihi cibus iste & potus nu-
 trimentum viciorū, sed hanc ei virtutem tri-
 bue, vt me ad omnia virtutum studia confortet,
 quatenus per eum humilior, diligentior, hilarior
 & gratior sim in sancto seruitio tuo. Propterea
 nanque cibum hunc & potum mihi contulisti,
 vt eis pro tuo amore vtar, omnesque vicissim
 vires meas in tuo obsequio expendam. Rogo
 autem te domine, vt omnes ad te ipsum in cru-

V ce ele-

MARGARITAE EVANG.

ee eleuatum homines attrahere, & de tua eos
 mensa reficere digneris, eos praesertim viuos
 atque defunctos, qui nobis vlla vnquam bene-
 ficia impenderunt. Descendant quæso domine
 uuli gratia tua, preciosisque sanguinis tui in mi-
 seras ac desolatas animas in purgatorio constan-
 tas, easque de pœnis omnibus ac debitis clemē-
 ter absolue, & ad æternum conuiuium tuum ad-
 mitte. ¶ Prandio vero iam expleto, anima sep-
 tiam cū omnibus donis ac beneficijs sibi a Deo
 inuis exterioribusq; collatis, rursus in Deum offert
 atque refunder, & cum omnibus pœnis ac passi-
 onibus suis in crucem se subleuabit, & supra om-
 nia creata in ipso incommutabili bono requies-
 cescet. Sic itaque amor essentialis in omnibus, &
 in omni tempore Deum habet, commorans hoc
 pacto in cruce velut potētissimus rex in palatio
 suo, in qua nimirum habet, quicquid appetit ha-
 bere, semperque seipsum in eius diuinam poten-
 tiam inclinans, sui ipsius crucifixam imaginem
 ei repræsentat, in qua summa totius amarissimæ
 passionis eius cōtinetur, postulatq; per eam tam
 pro se, quam alijs omnibus cœlestem benedicti-
 onem, orans vt per eam omnes passiones & cau-
 sas iuxta supremum beneplacitum ac voluntate
 suam immutet ac dirigat, cunctis homini-
 bus succurrat, eosq; ad se trahat: paterna virtu-
 te sua in omni bono corroboret, æterna ac diu-
 na veritate sua illustret, instruat ac protegat, &
 incomprehensibili bonitate sua amplexetur, vnumque se-
 cum spiritum, vnam animam & vnum corpus
 efficiat, idq; per meritū gaudiosi spiritus sui, de-
 latoris animæ suæ & sauciati corporis sui. Illud
 aut̄ milles in die facere poterit, & per ea rā fibi
 quam

LIBER II.

quam alijs omnibus ea quibus indigent, obtine-
re, hauriēs ea hic copiosius ex amarissima passi-
one eius, sibi omnino appropriata atq; donata:
dummodo se funditus domino resignās, seipsum
cū acerbissima passiōe eius in diuinam abyssum
ipsum immergat. Tunc etenim nihil ei dene-
gare poterit, nec continere sese, quin eum & o-
mnes sui imitatores cœlesti benedictione perfun-
dat.

Qualiter hora vesperarum cōscientiam sua
am mundare debeat.

Vesperarum deinde tempore, anima deuota
conscientiam suam mūdēt atq; purificet,
& studiose oēs virtutū species colligat, ex-
pandensq; sinum desideriorum suorū, recipiat in
eū militem illum vulneribus vndique lacerum,
pro sui amore in cruce defunctum, cōsideransq;
diligentius omnē ad ipsum sui dissimilitudinem
osculetur & vngat preciosa vulnera eius, cum
languore & ardore spiritus, dolorosa anima &
corde contrito: quem etiam fortius ad pectus su-
um astringens, brachijs amoris amplectetur.

Qualiter hora completorij vngere & sepe-
lire eum debeat. Cap. XLVIII.

Deniq; cōpletorij hora dulcissimam mise-
ricordiæ matrē deprecetur, quatenus ei fi-
lium suū dilectū sepelire permittat: quem
tunc oībus virtutū aromatibus condire, & vn-
gere satagat: mirrha videlicet pfectę mortificati-
onis suūpsus, aloe diuinę cōfessidīs, et balsamo
diuinitatis (q̄ ipse semetipm plustravit atq; trās-
radiauit) inuoluitq; eū syndone purę cōscientiæ
Vij lux in

MARGARITAE EVANG.

suæ in eius amarissima passione mundatæ; & cū
 profundissima humilitate sepelit eum in monu-
 mento cordis sui, cōcludens illud arcta sensuum
 suorum custodia: seque vicissim in ipso sepelient
 atque includens, simul cum ipso in adoranda
 Trinitatis cubiculum demittitur, & in diuina
 substantiæ abyssō sepelitur. Ibidem quoque in no-
 uam gratiæ vitā resuscitatur: ipseque dominus in
 ea, & per eam resurgens, veste decoris induit e-
 am, confirmatque eam, & facit immobiliter in i-
 pso supra omnia creata habitare, & in suo taber-
 naculo requiescere, & ibidem iugiter contueri,
 qualiter sponsus eius aliquando matutinali tem-
 pore natus, captus et a morte resurgens, nunc vi-
 num est cum patre in gloria, estque lucerna, per
 quam diuinitas relucet, quæ omnem cœlestem
 exercitum illuminat. Et qui olim hora prima in
 præsepi circa iumenta fuit reclinatus, de vno tu
 dice ad alium deductus, & amicis suis apparuit,
 modo omnem cœlestem curiam ad seaturientem
 diuinitatis venam deducit, & torrente volupta-
 tis suæ potat. Quique olim hora tertia circunci-
 sus, flagellatus, coronatus & condemnatus fuit,
 nunc gloria & honore coronat, sedetque ad dexte-
 ram patris sui, vbi etiam ab omnibus cœli ter-
 ræque habitatoribus adoratur. Et qui aliquan-
 do hora sexta patri suo oblatus a matre, & in
 cruce suspensus fuit: illi nunc omnis potestas
 data est in cœlo & in terra. Quique olim hora
 nona in Iordane baptizatus, & ignominiosa
 morte in crucis ligno defunctus fuit, modo
 lignum vitæ existit: de cuius virore omnes e-
 lecti lætantur, fructuque pascuntur, & sub eius
 umbra requiescunt ac delectantur. Cuius item
 ali

aliquando matri tempore vespere hospitium denegatum, & ipse eidem mortuus in sinum illius fuit redditus & collocatus: quique duos illos discipulos suos post mortem instruxit, iam amplius non morietur in sempiternum, sed omnes beatæ animæ vitam æternam per ipsum consequuntur. Qui denique hora completorii cœnam ultimam seruauit, & in monumento sepultus fuit, & discipulis suis ianuis clausis apparuit, iam est manna illud absconditum, quo soli electi reficiuntur. Hic itaque ad cœnam suam, in qua simul cum omnibus sanctis & angelis conuiuatur, animam inuitans, seipsum ei in cibum & potum ad perpetue fruendum apponit. Etenim in his cor eius ineffabiliter dilatatum est ad absorbendum in illud omnes beatos spiritus, eosque in sese transformandum, efficiendum que ut sint illi per gratiam, quod est ipse per naturam. Hoc itaque modo amans anima in Deo commoratur, et Deus in ea: estque viuus palmes in Deo plantatus, fructum multum afferens in tempore suo. Denique, ad cœnam quisque accessurus hoc pacto se intus occupabit, ut videlicet intret in intimum animæ suæ cœnaculum, in quo ipse dominus Iesus cœnam suam seruare desiderat: ibique super pectus illius recumbens, audiat dulcia verba ipsius, & quantis nos diuitijs ipse dotarit.

Qualiter in oratione ire, & diuina nos voluntati resignare debeamus.

POST cœnam vero deuotionem suam ad id habere debet, quod Christus in cœna dicebat: Surgite, eamus hinc. Et in itinere: **T**ribus est

V iij **R**is est

MARGARITAE EVANG.

ris est anima mea vsq; ad mortem: cuius etiam
tristitia causam diligenter pensabit, eaq; simul
cum ipso ad montē Oliueti, & ibidem in loco
prius occurrente genua flectens, Deum in spiri-
tu adoret, & cū perfecta resignatione in potissi-
mū Dei beneplacitum sese offerat ac resignet, &
seipsum intus & exterius diligētissime obseruet
& quodocunq; intus vel foris in aliquo se deli-
quisse aduerterit, absque mora per acerbissimā
Christi passionem veniam ac indulgentiam po-
stulet: idq; potissimum tempore vespertino.

Qualiter de sero conscientiam su-
am examinare, & veni-
am petere debeat.

Cap. XLIX.

Porro, de sero anima deuota sese introuen-
re debet, & omnia interiora sua discuti-
endo aduertere, qualiter admonitiōes diuinas,
& instinctum spiritus sancti secuta fuerit, siue e-
isdem restiterit: an etiam lumen siue reprehensi-
ones conscientiaē extinxerit vel eis aduersata fue-
rit: an etiam aliquo membro recesserit a viuo
speculo veritatis: & an exterius etiā aliquid sta-
tutum, siue ordinationem transgressa sit: vtrum
etiam aliquem verbis vel operibus laeserit siue
impedierit: an per detractionem alicuius famam
minuerit, aut aliquem in re qualibet despexerit:
vtrum etiam aliqua in re delectationes carnis,
concupiscentias oculorum aut superbiam vitæ
occulte, quasi sub specie boni, secuta sit, siue in
verbis, siue in operibus, in eūdo vel stando, co-
medendo siue bibendo: vtrum in omnibus ope-
ribus vel dimissionibus suis, Deum pure quæsi-
erit.

LIBER II.

erit atque dilexerit: vel suā potius sensualitatem ac delectationem aequaliter occulte quæsierit et secuta sit. Radix namq; corruptæ intentionis profunde nimis in fundo cordis abdita iacet. Ideoq; si coram Deo recta & pura esse debeat intentio, ipsi fundo cordis vigilantius est intendendum. Vtrum denique aliquid per quinque sensus suos intrare permiserit, quod animæ pacem turbauerit, eâque grauarit. De his igitur alijsq; defectibus quos in seipso quotidie vnusquisque deprehenderit, & in quibus se reum agnouerit & excessisse aduerterit, humiliter veniam postulare, & a Deo gratiam petere debet, orans ipsum, vt per amarissimā passionē suā ipsius misereri, & per eandē pro omnibus peccatis ipsius satisfacere, omnesque negligentias eius supplere velit: vtq; per merita sauciati corporis sui, dolorosæ animæ suæ, & gaudiosi spiritus sui se in corpore, anima & spiritu mundum & aptum facere, et esuriētem animam illius reficere, & in se totaliter transformare dignetur.

Qualiter cum Deo ad requiem ire debeat.

Cap. L.

Deniq; ad quietem sese homo positurus, inclinare & includere debet in intimo spiritus cubiculo, et exuere ac nudare se de omnibus præteritis rebus & occupatiōibus, quæ eum maxime (quā primū cogitationē suā in Deum dirigere debet) impedire possent, inclinabitq; sese, & collocabit in vnionē diuinæ pacis, et in brachia vbi æterni, eiusq; se amarissima passiōe teget. Et tunc cum sponsa dicere poterit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et: In lectulo meo per noctes

V iij - quæsius,

quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illi,
& inueni in domo animæ meæ, nec dimittā eum,
donec det somnum oculis meis, & requiem tem-
poribus meis: vt cum ipso ab omnibus exteriori-
bus rebus quiescere possim. Quisquis ergo sic
cum Deo suo ad quietem tendit, secure ad eum
euigilare potest, ac dicere: Vbi es o amantiss-
me?

Oratio, qua euigilans in lecto anima Deū
deuote affari debet. Cap. LI.

O Nobilissime inhabitator animæ meæ, q-
es & semper eris vita eiusedē animæ meæ,
dignare mecum permanere cum gratia
ac dilectione tua, faciasque micantes diuinita-
tis tuæ radios in me, & per me lucere & eisdem
animam meam & omnia interiora mea purifi-
ces: esurientem animam meam, cui nihil nisi car-
nem tuam comedere, & sanguinem tuum pota-
re libet, quæque sine te in vita gratiæ viuere nō
potest, reficias. Scis enim tu ipse domine Deus,
quam infirma reddatur ipsa, & quantum in o-
mni virtute deficiat, quādo a te non reficitur. Ve-
ni ergo o Deus meus, cibus animæ meæ, nutri-
mentū spiritus mei, virtus cordis mei, custos &
cōseruator corporis mei: immuta me in te, & fac
vt sim p gratiā, qd minime sum p naturā, quare
nus te vicissim omnia interiora mea collaudet. Et
quæties exit & intrat anhelitus meus, toties tibi sin-
gularis a me laus exhibeat velut ignita oratiō
iacula, & ardentes faculæ laudis. Et quoties re-
centem anhelitum intus traho, toties anima
mea cum noua gratia te suscipiat. Et quoties
anhelitum emitto, toties anima mea seipsam ex-
i-
tes

scens, a te suscipi ac custodiri mereatur. Sed & omnes homines in gratia & charitate tua seruare digneris. Et quia in quolibet esse te certū est, ita quaelibet tecum vnire digneris, sicut nos vni sumus. Idemq; facias & præstes omnibus fidelibus defunctis, & in eos ac per eos diuinitatem tuam radiare sinas, quomodo per nobilissimam animam tuam in lyngo radiabat: vt sic omnis eorum pœna dissoluatur, & dæmones ab eis recedere cogantur. Requiem æternam dona eis domine, & lux perpetua, quæ tu ipse es, luceat eis. Hac igitur oratione fusa, rursus pro naturæ suæ ad seruendum Deo confortatione, in domino quiescat.

Qualiter sponsa sponsum suum ad cubiculum suum inuitare debeat, vnde ipsa nobilitatur. Cap. LII.

A Nimæ sic in domino quiescentis nox obscuritatem non habet, modo oculos suos ad Deum leuauerit, eosq; in sponso suo fixerit. Etenim nobilis ista anima, summæ Trinitatis amica, sponsum suum vnicum cordis sui amorem dulciter inuitare, eiusq; præsentiam suspirare & appetere debet. Ipse namq; est largus ille effluxus ac diuinæ dulcedinis abyssus, omnium potentissimus, summus, pulcherrimus, nobilissimus, suauissimus, liberalissimus, amabilissimus & desiderabilissimus dominus, cœlum deliciarum, cœlum dulcedinis, cœlum consolationis, & lumen totum animæ regnum cœlesti claritate adimplens. Hunc igitur sponsum suum anima amorosa in thalamo suo multipliciū passionum ipsius admonebit, quatenus & ipsa pro amore

MARGARITAE EVANG.

amore eius pati discat, cunctaque eius beneficia sibi collata ad mentem reuocabit: interrogabit quaeque, utrum tam nobilis, pulcher, diues & ad amandū gratiosus existat, sicuti ipsa audiuit. Audiens autē ista sponsus, sentire eam istud & experimēto faciet agnoscere. Quoties enim ab hac coelesti sponsa sponsus iste in thalamum suum inuitatur, arrabonem & preciosum ei gratiae clementium largitur. Ideoque sapius ipsum inuitare debet, ne forte amicitia dissoluatur. Quoties enim ab eius inuitatione torpescit, euidēs signum est, alium in corde eius requiescere, animā illius nequiter occidere volentē. ¶ Acquū sane est, ut anima sponsi sui nomen magnificet, eiusque audito nomine letetur. Quod ut melius possit, ipsum de sui nominis significatiōe diligentius interrogabit (de quo in Canticis sponsa pulcherrime disseruit) & de generis nobilitate, de quo delicatum hunc spōsum Agnes beatissima gloriose cōmendat, dicēs: Cuius generositas celsior, possibilis fortior, amor suauior. Cuius mater virgo est, cuius pater foeminam nescit. Cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinē sol & luna mirantur, cuius odore reuiuiscunt mortui, cuius tactu fouerunt firmi, cuius opes nunquam deficiunt, cuiusque diuitiae non decrescunt. Quem cum amauiero, casta sum, cum te tigero, munda sum, cum accepero, virgo sum. His atque similibus verbis sponsum suum beatissima Agnes cōmendat. Quae etiā vnaquaeque deuota anima in sponso suo attēdere, & de eis ipsum laudare & extollere debet. ¶ Insuper eadē haec sanctissima virgo multa spōsi sui sibi collata beneficia cōmemorat, quae etiam indubie largitur cuilibet fideli animae sibi adherenti, ipsum ante oia

quae

parenti, & oēs alienos amatores refutanti, ac
 dæmonum immundis tentationibus cū beatissi-
 ma Agne respondenti. Discede a me sones pec-
 cati, nutrimentū facinoris, pabulū mortis: disce-
 de a me, q̄a iam ab alio amatore præuēta sum,
 cuius generositas celsior, possibilitas fortior, a-
 mor suauior & omni gratia elegantior; q̄ annu-
 lo fidei suæ subarrauit me, quatenus in eum fir-
 miter credam. Posuit signum in faciem meam,
 vt nullū præter ipsum amatorem admittam. Fa-
 cies animæ est suprema portio eius, cui se beatif-
 sima Trinitas impressit & vniuit, ita vt nihil p̄-
 ter eā in ipsam admitti possit. Animā quoq̄ me
 am diuersis virtutibus decorauit, & ornauit me
 inestimabili dextrocherio amoris sui. Dexteram
 meā & collū meum cinxit lapidibus preciosis,
 id est, pura ac recta in Deū intentione, q̄ diuersis
 virtuosis actibus circumdatur. Induit me cycla-
 deauro texta. i. animam meā induit sanctissima
 vita ac passione sua, & immensis monilibus or-
 nauit me. i. perfectissimis virtutibus et exemplis
 suis, & preciosissimis meritis suis. Iam mel &
 lac ex ore eius suscepi, id est, melle duntaxat, &
 lacte dulcis ac amabilis humanitatis suæ ciba-
 uit animam meam. Et sanguis eius ornauit ge-
 nas meas. Meditatio quippe acerbissimæ passio-
 nis eius facit animæ genas candidas ac rubicun-
 das, ita vt refulgeant ante conspectum Dei. Ete-
 nim genæ istæ meditationes sunt. Iam amplexi-
 bus eius castis constricta sum, iam corpus eius
 corpori meo sociatū est. Ostendit mihi thesauros
 incomparabiles, quas mihi se daturum, si ei per-
 seuerauero, promisit. Si enim perseuerauero,
 requiem inueniet anima mea in diuitijs diuinæ
 essentiæ

MARGARITAE EVANG.

essentia suæ, & in hæreditate eius morabitur, & habitabit in abscondito tabernaculi sui. ¶ An non hæc merito torpentem animam excitare, et mane ad dominum Deum suum vigilare, & cum ingenti desiderio semper faciem eius querere, & adorare facere deberet? Coram qua iam inuenta sese ad perpetuum summi regis obsequium cum amorosa quadam introuersione offerret & exhibebit, vbi nimirum spiritus accenditur, & in diuino amore amplexatur, anima perficitur, vires colliguntur, & nutrimento diuini amoris roborantur, conscientia purificatur commundatur, & natura in gratiam commutatur. Et hic vera illa semita inuenitur, & vena vitæ in anima aperitur: quam nemo obturare potest, si modo semper vigilare ac orare velimus. Et hic est fundus & verum fundamentum, & initium totius vitæ spiritualis. Poterit tamen diuersimode exerceri, prout vnus cuiusque spiritus & fundus in eo afficitur. Specialiter tamen semper custodienda & seruanda est inclinatio & immersio spiritus in Deum, collectio omnium virium, cordis humiliatio cum recta intentione in quolibet opere, promptitudo corporis, & refrenatio sensuum exteriorum.

Oratio deuotissima, qua anima euigilans primam cogitationem suam in Deum dirigit. Cap. LIII.

Nunc ergo excutere de somno o deuota anima, & cum omni deuotione in abscondito spiritus tui infinitam diuinitatem adora, dicens: Credo in Deum. O abyssalis bonitas Dei mei, in te ab æterno increata fui. Ab æterno siquidem

LIBER II.

dem nouisti & elegisti me: Ideoq; & me oportet cognoscere te: & tunc eliges me, & ego habi-
 tabo in te, & tu in me, qui omnibus mundi deli-
 cijs dulcior atq; suauior existis. O omnium cha-
 rorum charissime, in quo quicquid cogitari po-
 test, continetur. Quisnam obsecro es? Certe om-
 nipotens & summum bonum, quod nemo ple-
 ne cognoscit, nisi trina vnitas tua, in quo omnes
 amantes spiritus comprehendis, sed ipsi te mini-
 me comprehendunt: quin potius a te absorbentur,
 & in amore consumuntur. O æterna & infini-
 ta bonitas, ab æterno in te sine meipsum cogni-
 tione fui, & tu ipse nunc es in me. O nobilis in-
 habitator animæ meæ, sic te vniuisti & inclusi-
 sti in suprema portione animæ meæ, vt nunquã
 inde recedere velis. Esq; omnipotens in anima
 mea, vt me confortes: & omnisapiens, vt me il-
 lumines: & omniamans, vt me in amorẽ trans-
 formes. Ideoq; o cœlestis & omnipotens pater,
 qui es & manere vis in memoria mea, vni &
 stabili cogitationes meas, trahe desideria mea,
 & adiuua me, ne quid vnquam cogitem siue de-
 siderẽ, nisi quod tu vis: idq; per merita filij tui,
 & amorẽ spiritus sancti tui. Et tu o fili Dei, qui
 es & manere vis in meo intellectu, illumina
 quæso eundem intellectum meum clara tui &
 meipsum cognitione, illustra rationem meã, pu-
 rifica conscientiam meam, & ad obsequium tu-
 um erige omnes affectiones meas, vt lumen ve-
 ritatis sequar, vt nihil aliud discam, nisi quod tu
 velis: idq; per potentiam patris, & amorem spi-
 ritus sancti tui. Tu quoq; o spiritus sancte De-
 us, vinculum amoris, patrem filiumque conne-
 ctens, qui es in voluntate mea, ecce totum me tibi de-

MARGARITAE EVANG.

hi dedo, vni quæso voluntatem meã totaliter in
 amore tuo, & cõforta irascibile meam ad certan-
 dũ viriliter pro virtutũ acquisitione: & adiuua
 me, vt libenter nihil aliud loquar, nisi quod tua
 placitum est bonitati: idq; per potentia patris, et
 filij sapientiam, qui te mihi pro cõsolatione mea
 a patre suo se missurum repromisit: faciasq; cum
 ista transitoria amarescere anima mea, eamque
 intro deducas, & vnum tecũ efficias, qui es vin-
 culum amoris patrem filiumque connectens. O
 pater, o fili, o spiritus sancte, qui es trinus in per-
 sonis, & vnus verus Deus. O benedicte Deus,
 ita me quæso tecum vnire digneris, vt nihil in-
 ter te & me mediare possit. ¶ O pater, in ma-
 nus tuas commendo spiritum meum, teque ro-
 go, o fili Dei, per merita gaudiosi spiritus tui,
 moestissimæ animæ tuæ, & vulnerati corporis
 tui, vt spiritum, animam & corpus meum sic ac-
 cepta facere digneris, vt te delectet esse in me: final
 que diuinitatẽ tuã in me & per me radiare, & quicquid
 tibi displicet, eijce ex me, et teipm ad reme-
 tum ipsum intra me accipe in venerabili sacramen-
 to, meque totum muta in te per merita gaudi-
 osi spiritus tui, moestissimæ animæ tuæ & munda-
 ti atque vulnerati corporis tui, quatenus vnus
 tecum spiritus, vna anima, vnumque corpus ef-
 fici, & in diuina vnione tua perseverare vale-
 am, tibi que cunctis viribus meis obediens ex-
 istam: vtque iugiter in corde meo ob oculos a-
 nimæ meæ viuum illud vitæ passionisque tuæ
 speculum (quæ nimirum est liber vitæ, in quo
 omnis perfectio continetur) retineam, nec vn-
 quam de corde meo deformatã imaginem tu-
 am recedere sinam, meque inde nunquam auer-
 tam,

LIBER II.

tam, vt sic anima mea placita te laude iugiter co-
 lat, Amen. ¶ Per tale exercitiū in Deo totaliter
 fundamur, & apti atq; capaces ad alia quibus ex-
 ercitiis, quibuscunque intendere velimus, effici-
 mur, siue in legendo, orando, meditando vel qui-
 buslibet alijs virtuosis actibus insistendo: qui ni-
 mirum hoc fundo præmissio, si ex instinctu diui-
 no inibi nos instruente vltius in eis nos exer-
 citauerimus, omnes deifici & fructuosi reddun-
 tur. Quicquid autem sine hoc fundamento exer-
 citamus, nequaquam Deo tam gratum existit,
 neq; nos in vera spirituali vita conseruare po-
 test. ¶ Etenim in hoc fundo intus homo no-
 ster in Deo fundatur, manetq; immobilis in es-
 sentiali illa vnitate, & habitat in diuina liberta-
 te, ibiq; gratiæ plenitudo viribus supremis in-
 funditur, quæ & deorsum manat in vires inferio-
 res, & interior homo noster diuini gratiæ coe-
 lestis impletur, atq; exterior homo noster immu-
 tatur, eiusq; opera iuxta Christi opera dirigun-
 tur, & cor atq; sensus eius maiori dilectione suc-
 cenduntur, ad exercendum se in vita & passio-
 ne domini sui, & ad sentiendum eam in seipso, e-
 ius videlicet dolores, miserabilē derelictionem,
 opprobriosum contemptū, miserabilē abiectionē,
 ignominiosam mortē, intolerabilē cordis an-
 gustiā, ineffabilem animæ mœrorem, & immen-
 sam spiritus exultationē & gaudium, in quibus
 perdit homo sentire suum, nec aliud aliquid sen-
 tit, nisi quod & in Christo Iesu: atque cum pro-
 fundo gaudio & cordis compassione, illumina-
 ta ratione & amorosa dilectione omnem vitam
 & passionem illius percurrit ac perspicit, lau-
 dat eum & gratias ei immensas pro ea referens
 omni

MARGARITAE EVANG.

omni tempore: potissimum autem ad septem
 las horas, in quibus ecclesia Deum laudat, quip
 pe qui membrum eiusdem ecclesiae existit, & in
 superiora templi, in ipsa videlicet arcana sancta
 sanctorum introijt, offerens ibi sanguinem agni
 innocentis pro peccatis vniuersae plebis: qui qu
 includi meruit in ipso summo angulari lapide
 Christo Iesu domino nostro, qui est lucerna lu
 cens, & splendor diuinæ claritatis cœlum ter
 ramq; illuminans.

Qualiter anima deuota in dilecti sui pas
 sione exercere se debeat. Cap. LIII.

AD deuotam quamlibet animam hoc pro
 prie spectat, vt iugiter in pectore suo pro
 ciosissimum passionis sponsi sui thesaurum
 circumferat, preciosumq; illud clenodiũ in scri
 nio cordis sui includat, de cuius nimirum odore
 omnia eius vulnera sanantur, per quod ipsa pu
 ra ac munda efficitur, decore vestitur, & nobiliter
 reficitur atq; cibatur. Hæc nempe domini sui
 passio simul collecta velut myrrhæ fasciculus in
 ter vbera sua seruata, ipsam inter prospera de
 primet, & inter aduersa sustollet, in tribulatio
 ne & cruce gaudere, & omnia quæ corpori mo
 lesta sunt, omnem paupertatem, desolationem,
 contemptum & confusionem ob amorem illius
 amplecti faciet, quippe per quæ mundatur in o
 culis domini, mens erigitur, chorusca claritate
 irradiatur, & sapida scientia repletur. Nunc igitur
 o anima mea labora viriliter, et recollige om
 nes vires tuas cum omni viuacitate memoria
 tua, subtilitate intellectus tui, promptitudine vo
 luntatis tuæ, easq; in acerbissimam saluatoris tui
 passio

LIBER II.

passionem immerge. ¶ De modis autem exerci-
 tii passionis Iesu Christi sciendum est, q̄ circa pas-
 sionem dñi potest homo se habere sex aut septē
 modis, considerando videlicet ipsam. Primo q̄-
 dem cū continua exercitatione ad ipsum imitan-
 dum, sicut Apostolus ait: Hoc sentite in vobis,
 q̄d & in Christo Iesu. Ac si aperte dicat: Cū cor-
 pore, aia, corde, sensibus & operibus sequimini
 saluatorē vestr̄. Quod & sponsus in Canticis in-
 nuit, dicens ad sponsam: Pone me vt signaculū
 super cor tuū, toto desiderio me diligendo, & vi-
 goroso cordis affectu te mecū vniendo, vt signa-
 culum super brachiū tuum. Per brachia, opera
 designātur, quasi dicat: Nō sufficit, vt corde me
 diligas, volo insuper atq; desidero, vt amorē cor-
 dis exhibitōe probes operis, & mea vestigia se-
 quaris. ¶ Secundo, ad intime cōpatiendū. Etenim
 si hic cū vera cōpassione dñi nostri passionē ru-
 minauerimus, in futura vita maiori cū ipso gau-
 dio perfruemur. Quis aut non intima cōpassio-
 ne afficiatur, recogitans quanta pro nobis ipse
 sustinuit? ¶ Tertio, ad profunde admirandū, con-
 siderando quis sit ille, qui patitur, a quibus, &
 pro quibus patiatur. Quis non miretur omni-
 potentissimum Deum tantam pœnam & mortem
 adeo turpissimā sustinuisse: Sed vt amplius mi-
 reris, noli solam humanitatem attendere, sed re-
 cogita hunc esse Deum tuum, creatorem tuum,
 iudicem tuum, spem tuam, & sponsum tuum.
 Quarto, ad interius exultandum, & spiritum re-
 ficiendum. Quomodo enim nō merito dicamus,
 & iatābūdi cū Propheta psallamus: Anima no-
 stra sicut passer erepta est de laqueo venantium?
 Et: Adiutoriū nostr̄ in nomine dñi. ¶ Quinto, cū
 X tora

MARGARITAE EVANG.

totali sui ipsius transformatione, ita ut omnes animae vires rubricatae in acerbissimam passionem domini nostri Iesu Christi liquefiant. ¶ Sexto, ad dulciter quiescendum, ut videlicet homo in ea totaliter quiescat. Quod fit, cum iam totus homo quodammodo conuertitur in ipsum, scilicet dominum nostrum Iesum Christum crucifixum, ut iam quasi ubique & semper ei crucifixus occurrat Iesus, atque humiliter & ardentem in abyssu passionis dominicae sese exercitare non cessat. ¶ Septimo, ut per ardentem flammigerumque amorem continuamque exercitationem accendatur, deficiens a se, & omnem quietem, solatium atque dulcedinem suam in Christo Iesu constituens, ita ut iam nihil omnino huius seculi, neque delectatio, neque tribulatio, neque angustia, neque contemptus, neque aegritudo, neque sanitas, neque prospera, neque aduersa secundum eius partem superiorem & optimam eum commouere possint, sed in his omnibus immobiliter quiescat, ita ut veraciter dicat cum sponsa: Sub umbra illius, quem desiderabam, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Et sic mutuo se augent in ipso adhaesio & amoris deuotio, donec totus deficiens, absorbeatur ab illo camino ardentissimi amoris passionis dilecti sui ad quiescendum in amplexibus ipsius sui, qui tunc clamare cogetur ac dicere: Adiuuare faciat dilectam, sed inter brachia mere quiescere permittite, donec ipsa velit. Hic iam sponsa ab omni exteriori occupatione quiescit, eiusque introitus est in diuinam fruitionem & spiritus unionem, & exitus in Christi passionem, ad sequendum vitam & passionem domini sui. ¶ Et istud

LIBER II.

istud sane p̄ semetip̄m Dei filius nos edocuit at-
 que fecit, qui iugiter in maxima spiritus sui ex-
 ultatione cœlestis patris sui vultu fruebatur, &
 in anima, & corpore eiusdem patris sui volun-
 tatem et obedientiã strenuissime semper exequa-
 batur. ¶ Ipsa quoq̄ nobilissima atq̄ purissima
 virgo Maria istud idem perfectissime fecit, quæ
 spiritũ suum, omnesq̄ vires animæ suæ secundũ
 Dei acceptissimã voluntatẽ totaliter vnicebat,
 & in anima & corpore diuino obsequio se prõ-
 ptissimã exhibebat. Et quis Dei filius in ipsa in-
 carnatus esset, & in eius virgineo vtero quiesci-
 set, suasq̄ delicias in ea habuisset, ipsa quoq̄ li-
 cet Deũ genuisset, educasset, eiq̄ ministrasset, &
 in omni passione & angustijs, ac ignominiosa
 morte eius ille adesset, & inde mix̄ in modũ a-
 nima & cor ipsius sauciaretur: attamẽ sp̄s eius
 in summa semper libertate erat, ipsaq̄ beatissi-
 mam Trinitatẽ in sp̄ũ & veritate iugiter ado-
 rans, omnipotenti Deo dulci quadam libertate
 adhærebat, totius perfectionis exẽplar effecta.
 ¶ Faciunt istud etiã ipsi cœlestes sp̄s, qui Deo
 & hoĩbus propter Deũ inseruientes, summe Tri-
 nitatis indefinenter essentia perfruuntur. Fece-
 runt etiã istud electissimi quicq̄ Dei amici, Pau-
 lus, Augustinus, Bernardus, Franciscus, Agnes,
 Catharina, Barbara, Cecilia, et alij innumerabi-
 les: quorum omnium introitus erat in diuinita-
 tem, & exitus atque fundamentum in vita ac
 passione domini nostri Iesu Christi: cuius etiam
 vestigia sunt sequuti, Obseruat istud etiam tam
 interius quã exterius sancta ecclesia mater no-
 stra: quippe q̄ non ignorat nec exteriora sine in-
 terioribus, nec interiora sine exterioribus exer-

MARGARITAE EVANG.

citius recte administrari posse. Conandum est itaque
 ut utrumque habere possimus. Etenim vita & passio
 Christi fundamentum est, cui omnes virtutes super-
 ædificantur, sine quo etiam fundamento nullæ
 possunt virtutes diu subsistere. Ideo virtutes om-
 nes ei sunt ulterius superædificandæ.

Qualiter passionem domini nostri intra
 nos circumferre, eamque imitari debeamus.

Cap. LV.

SI igitur o anima mea saluari desideras, fun-
 damentum istud ante oia intra teipsum collo-
 care debes: intrare deinde per Christum Iesum,
 qui ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit,
 saluabitur. Et iterum: Ego sum via, veritas et vi-
 ta. Qui ambulat per me, non errabit. Qui credit
 in me, non decipietur. Et qui adhæret mihi, vnus
 mecum spiritus est, & habebit lumen vitæ. Et
 ingredietur & egredietur, et pascea inueniet. Ac
 si patenter dicat: Non satis est in humanitate mea
 exerceri, ulterius in præclarissimæ diuinitatis ef-
 sentiam procedendum est. Nihil enim sine diui-
 nitate prodest humanitas. Etenim vt homines
 dii fierent, Deus factus est homo. Egrediens ita-
 que in nobilissimam humanitatem meam, do-
 ctrina & exemplis meis suauiter reficietur. Om-
 nes namque per Christi vitam ac passionem libe-
 rati sumus atque redempti: coelum apertum, & Sa-
 tanæ virtus imminuta. Nec quicquam Deo ac-
 ceptius, nobis salubrius, demonibus pernicioso-
 re existit, quæ iugiter in cordibus nostris circumfer-
 re passionem domini nostri. Quilibet ergo, prout me-
 ritus poterit, in ea sese exercere debet, & assuetu-
 cere in omni actione sua eam velut speculum,
 & 100

LIBER II.

& totius perfectionis exemplar in corde suo habere: unde etiam maiorem profectum & copiosorem veritatis cognitionem hauriet, quam ex oibus libris atq; doctoribus mundi. ¶ Christus namq; fons ille est, unde omnia hauriuntur. Ipse quoque est liber vitæ, in quo si bene studere noverit, omnem perfectionem addiscet: eius quoq; exempla cum igneo atq; ardenti amore in humilitate, mansuetudinē, obediētia, benignitate, castitate, resignatione & sobrietate sequi conabitur, & in eius se quotidie passione cum tanta deuotione & gratitudine exercebit, ac si semper parasceue esset. Etenim in veteri lege sub anathemate præceptum fuit, vt ignem in altari nunquā extingui permitterent. Eodem modo quilibet Christianus nunquam de corde suo recedere ea, quæ filius Dei propter nos fecit, dimisit, passus est & docuit, permittet. Præceptum quoque fuit ibidem, vt Sabbatum clausis ostijs celebrarent. Ita nimirum & quælibet anima, quæ intimum illud Sabbatum, amorosam videlicet dominicæ passionis vnionem obtinere desiderat, quinque sensuum suorum ostia concludere debet, nec extrouertere sese ad leuitates, risus & verba iocosa, sed iugiter ob oculos suos amorosam domini nostri Iesu Christi imaginem, & interius abyssalem eius ad nos charitatem versare.

De vtilitate huius exercitij, & de quibusdā
impedimentis. Cap. LVI.

TAli namq; dñicæ passionis exercitio perfecte in diuina charitate fundamur, sibiq; renouamur atq; renascimur, introducimurque & in diuina præsentia stabilimur: totaliter
X iij quoq;

MARGARITAE EVANG.

quoque cum omnibus viribus interioribus exterioribusque, cum spiritu, anima & corpore, corde & sensibus in Deo colligamur. Ibique spiritus a diuino iustitiae sole exhilaratur, eo quod in diuina debeat libertate commorari: anima cum omnibus viribus suis illuminatur irradiaturque: & cor diuinæ largitatis influxu ditatur, quod nos super omnia creata, & etiam supra nos ipsos eleuat, & transitorias creaturas omnes contemnere, solumque Deo inhaerere facit. Sed istud difficile, & quasi impossibile sensualibus hominibus videtur, eo quod vitijs adhuc plurimis sunt implicati, vtpote suis ipsius complacentia vana in verbis & operibus, cupientes honorari & reputari ab hominibus, inhaerentesque creaturis, quod certe damnatissimum maximum infert. Quaecumque enim anima creaturis contra Dei beneplacitum inhaeret, adeo deformis & grauis efficitur, vt ipsis daemonebus comparetur, & quoties cum huiusmodi creaturarum affectu inordinato preciosissimum diuini corporis sacramentum percipit, non minorem Deo irreuerentiam irrogat, quam si puerulum Iesum pedibus conculcaret. Et licet piissimus Deus homines istiusmodi saepius intus admoneat, ipsi nihilo minus velamen quoddam caluae excusationis praecedunt, dicentes: Expectabimus adhuc modicum, & deinde omnia abrumpentes, nos ipsos introuertemus. Et cum iam facere hoc volunt, minime possunt, quia gratiae diuinæ auxilio sese indignos reddiderunt, sine quo nec bonum aliquod facere, nec malo resistere valeamus, prout ipse dominus ait: Si ne me nihil potestis facere. Et quia intentio eorum recurua, & amor impurus existit, magisque timore inferni atque iudicij, quam diuino amore aguntur.

ideo

LIBER II.

ideo data occasione facile a proposito resiliunt et auertuntur: cumque ad denuo inchoandum ab alijs admonentur, ita respondent: Miser sum atque fragilis, & hæc ob sui sublimitatem excedunt intellectum meum. Malo infimis inhaerere. Qui enim ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Et istud humilitatem vocant. Sed re vera non humilitas, sed pusillanimitas est, qua de seipsis periculum facere verentur. O quantum dolebunt isti, morte accedente, quod sani & incolumes omnia rescare noluerunt. Quod autem miseros se esse & hæc minime intelligere dicunt, inde merito coram Deo & hominibus erubescere debent, quod videlicet habitum religionis deserunt, & tamen ea, quæ ad spiritum & vitam internam spectant, nequaquam nouerunt. Et quod addunt: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Ipsi certe spiritus simplicitatem, & mundæ conscientie securitatem minime cognoscunt. Et idcirco tantum in religiosis refriguit charitas Dei, quod videlicet nimium rebus caducis inhaerent & in eis requiescunt, & exterioribus duntaxat consuetudinibus ac modis contenti, nihil omnino de interioris hominis exercitatione curant. Porro, quantum his alijsque defectibus implicati sumus, tantum adhuc mori habemus. Quæ tamen mortificatio per amorem cum Deo unionem nequaquam ita difficilis erit, ut nobis apparet. Amor namque cuncta facilia reddit, & per ipsum facile defectus omnes superantur, & amor creaturarum & cuiuslibet rei caducæ in amaritudinem vertitur.

Qualiter anima a Deo vocetur, & per derelictionem probetur. Cap. LVII.

X iij Itaque

MARGARITAE EVANG.

ITaq̄ si vocē dñi Dei nostri audierimus, non obduremus corda nostra, sed intrepidi sequamur eū, quocūq̄ nos ipse p̄cessit, quantumlibet difficile vel durū, tenebrosū vel infructuosū nobis iter illud esse videatur. Quanto eū difficilius nobis esse videtur, tanto certiores sumus in recto nos itinere cōstitutos, quodq̄ a coelesti patre iam trahamur, & amplius trahēdi simus per dilectissimū & vnicū filium suū, qui nos difficillimo modo p̄cessit: qui licet in tātum a Deo patre suoderelictus esset, ac si filius eius minime fuisset, semper tamen paratus erat amplius derelinqui, & in ea desolatione ad extremū vsq̄ iudicij diem permanere, si sic beneplacitū patri suo fuisset. Quantūcūq̄ igitur male sentiat, nequaquā turbari debet verus Dei amator. Quos enim ad verā viā perducere vult dñs, illos talia sentire permittit, ita vt sibi penitus decepti, & cētum laqueis inuoluti videantur, quodq̄ omnes alij p̄ter ipsos recta via gradientur, quod item tempus suū inaniter expendant, & magis portis inferi, q̄ cœli appropinquent. Nam a diabolo per hæc aliaque tentantur, quatenus ad ea, quae iam deseruerunt, reuertantur. Etenim melius tunc habuisse sibi videntur, q̄ modo, dum Deum sequi volunt, eo q̄ ariditates crebriores in seipsis experiantur, quas antea minime fuerant experti. ¶ Si itaq̄ patienter vsq̄ ad extremum istud sustinere poterunt, forte per mensem, forte per dimidium annū, & multo magis quam ante cū huiusmodi desolatione ad Deum sese cōuerterint, omnēq̄ voluntatē suā in ipsum proiecerint, ita vt si ei placeret, omni tempore vitæ suæ in tali desolatione libēter permanere vellent.

LIBER II.

certe si viderit in eis omnipotens Deus hanc bonam voluntatem & sui resignationem, continere se ultra non valebit, quin perfluat atque perfundat cuncta interiora ipsorum, & sua diuina eas claritate illustret: ex qua veram quandam affecutionem percipient: videbuntque & aduertent, quare eos Deus talia sentire permiserit: quo videlicet amor eorum perfectior & purior esset, sentientque quod quanto angustia siue pressura fuit intentior, tanto spiritus factus sit liberior, & quanto tenebrositas obscurior, tanto anima fecundior effecta sit. Et hinc iam tantam erga Deum desiderium & amorem concipient, ut si omnia membra ipsorum corpora essent, liber ea vsque ad extremum iudicij diem ad talem desolationem offerrent, cuperentque amarissimæ domini ac sponsi sui passioni conformari, eamque sequi.

FINIS secundi libri Margari-
tæ Euangelicæ.

X v

Margae